

C
77
A

DMP
3
28

LIBER IEREMIAE, SIVE, DE ACTIONE,

AD SACRI APPARATUS INSTRV-
CTIONEM, BENEDICTO ARIA MONTANO
HISPALENSI AVCTORE EDITVS.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

NOVI argumenti librum tibi studiose Lector edimus, non modò ad sacrarum scripturarum interpretationem, sed ad omnium fere aliorum auctorum expositionem cutilissimum; & multorum in sacra scriptura difficillimorum locorum indicem expeditissimum.



ANTVERPIÆ
Excudebat Christophorus Plantinus
Prototypographus Regius.

Anno M. D. LXXI.

НАИМЕНІІ БЕЗІ


ДУБ

СИОТ ОДА ЗО

У СТАВІ АУТІЯ АНДІЯ
СВЯТОГО АЛІАСА ВІЧНОГО
УСІХ МОКОВІ ГЕНЕРАЛІВ

СВЯТОГО АЛІАСА ВІЧНОГО

СВЯТОГО АЛІАСА ВІЧНОГО
СВЯТОГО АЛІАСА ВІЧНОГО
СВЯТОГО АЛІАСА ВІЧНОГО



НАДЛЕГТИА

СВЯТОГО АЛІАСА ВІЧНОГО
СВЯТОГО АЛІАСА ВІЧНОГО
СВЯТОГО АЛІАСА ВІЧНОГО

BENEDICTI ARIAЕ MONTANI HISPALENSIS IN LIB. DE

ACTIONE, PRÆFATIO.



AGNAM olim antiquis scriptoribus, res omnes, quæcunque ad doctrinam amplificandam pertinere possent, quæ explicatissimas cum posteritate cōmunicandi curam fuisse, multis & variis ad nostra vsque tempora perdurantib[us] monumentis exemplisque agnoscimus & probamus. Nullum enim ferè vel earum, quæ secundū naturam constant, retum, vel humanarum etiam actionum & cogitationum genus est, quod ab antiquis auct[oribus] vel studiose & copiose tractatum, vel, quantum ad res ipsas cognoscendas aliorumque auct[or]um de illis explicandas rationes satis esse videretur, aperte indicatum non sit. Ex hoc enim studio & consilio, non solum artium omnium præcepta & instituta profecta sunt, sed rerum ac verborum obseruationes, & explicationes opportunissimæ plurimis & variis voluminibus, aut ex professio ad eam rationem conscriptis, aut ex aliorum argumentorū tractatione deductis emanarunt, cum summa legentium utilitate, & ipsorum scriptorum laude iustissima. Neque verò ab antiquis tātū, sed à nostris etiā ætatis eruditis, & de literarū studiis benemerenti cupientibus viris, vehementer magnoq[ue]. cum fructu in huiusmodi etiam eruditionis rationibus consolidandis elaboratū est: aliis quidem antiquas disciplinarum artes explicationes aut etiam auctiores reddentibus; aliis verò magnam ex omni veterū & itiniōrum auct[or]um lectione supellestilis, & apparatus copiā ad multorum librorum difficultia loca explicanda ad antiquitatem ipsam iam ferè collapsam, & resarcendam & instaurandam suppeditantibus. quibus de rebus omnibus multa tum antiquorum, tum nostri sæculi doctorū circumferuntur scripta, quæ rerum & verborum cognitione dulcissima, pretium operæ legentium abundè gratum soluunt. Fuere namque multi, qui eum, quicq[ue] Ori nomine dignētur, auctore imitati, de symbolis & Hieroglyphicis luculenter scripsierunt. quidā etiam de nominibus propriis hominum, leorū, quamuis vanoru, heroum, prouinciarum, montium, vrbium, fluuiorum, fontium & cæterarum huiusmodi rerum; deque hecum omnium naturis & propriis singulorum ingeniiis differuerunt. Rursus multi de terræ situ, terrarumque omnium partibus & naturis: alij de gentium & personarum moribus & ritibus, alij de ædificiis, alij de vestibus, vasis, nauibus; alij de ludis & certaminibus; denique multi multa de variis rerum generibus memoriae prodidere; quæ vel vsu sui, vel ab aliis auct[or]ibus conscripta intelligendi causa, scitu dignissima erant. Nullius autem horum scriptorum in omni genere labor extat, qui non probetur perquam ineritissimè, vtpote ad iuuanda & promouenda discere cupientium studia institutus, & suscep[tus]. Atq[ue] id cùm in omnibus aliorum auct[or]um classibus, in omnium artium & linguarum, in omnium denique librorum scriptis explicandis, optimo iure commendatur; tum maximè in sacrorum Bibliorum rationibus omnibus exponendis, nunquam non commodum, opportunum, officiosum, laudabileque habetur: vtpote quibus infinitus diuinorum & humanarum thesaurus retum, hominum generi utilissimus, & cognitione vsuque dignissimus contineatur, cum summa verborum omnium proprietate, elegantia, grauitate, exquisitissimaque singulorum opportunitate, ita, vt ne vnius Iothæ, immò nullius etiam apicis vel defectus vel redundantia notari à sapientibus possit; nihilque vel specie adeò minimum sit, vt vel negligendum, vel non attentè considerandum, & quæ fieri possit certissimè, & clarissimè cognoscendum esse censeatur. Quidquid enim in diuinis eloquiis verborum est, diuino consilio cogitatum, iudicio delectum, spiritu Dei pronuntiatum; denique totum solidum, totum plenum, totum utile, totum suauic, totum maxime & certissimæ sententiae solidissimis fundamentis firmatum esse, ipsa diuinæ naturæ consideratio aperte docet. Atque ij, qui in illius sapientiae sacraria admissi aliquando sunt, manifestè probavere: sicut scriptum est, Principium verborum tuorum veritas. &, Reuelata oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et quæ dulcia fauibus meis, eloquia tua super mel ori meo. Quam quidem ob rem nihil à bonis & piis viris ad sacrorum scriptorum rationem explicandam, nihil, inquam, quoquæ argumento, siue id in Grammatica tantum, ac simplici verborum, & linguarum cognitione, siue in rerum etiam ipsarum notitia versetur, vñquam scriptum esse arbitror, quod non vel ex studio ipso & animo scribētiū, vel ex ysu etiam & commoditate magna cum gratulatione suscipiendum sit. Nihil prætereā tam accuratum, aut tam plenum, & integrum exstitisse arbitramur, quod ipsorum librorum, quorum causa scriptum est, magnitudinem, dignitatem, amplitudinem, auctoritatemq[ue] æquare valeat. atque ita nunquā in sacrarum scripturarū explicanda atq[ue] expendenda sententia satis ab ullo mortalium fuisse factum. Verū enim uero inter varia argumenta, quæ cùm ad propheta[n]orum, tum verò præcipue ad sacrorum librorum rationes explicandas feliciter à multis tractata sunt, vñnum illud cum priuis ad eam rem opportunum ab omnibus viris doctis prætermisum fuisse miramur; quod partem illam inter homines significantissimam & efficacissimam continet, quam antiqui auctores actionem dixerunt, in qua habitus, gestus, h[ab]itus & affectiones etiam corporum animorumq[ue].

sunt. Et quidem actionem ipsam maximi esse ad hominum animos pulsandos, percellendos & immutandos momenti, Rethores antiqui omnes docuerunt; & pluriū in ea commēdanda oratione artis parte studij & eloquentiae posuerunt; atque in regulis ac praeceptis, ad eam moderandam, recteque ineundam rem tradendis, sedulam, & magno cum iudicio adhibitam nauauerunt operam. Verū in ipsis actionis generibus & formis indicandis, nullius, quod ad nostram notitiam hactenus peruenierit, opus extat; cuius ad exponendos sacros, vel prophanos libros usus aliquis sit. Id quod iis qui omnia, quae conferant ad diuinorum scriptorum explicationem, querunt, deesse incommodè potest. Etenim non sine magno multorum locorum cognitu dignissimorum apud omnes auctores detrimento, hoc argumenti, & tractationis genus desiderari possit, quando multa apud antiquos loca sunt, quorum exacta sententia & significatio, nisi perspecta actionis ratione, haberi non potest: atque eiusmodi loca non satis aperte cognita, non nostris modò hominibus, sed antiquis etiam, immò & doctis, aut aliās rerum, de quibus ageretur, non omnino insciis, magnam iniecerit difficultatem, duraturam etiam ad posteros usque, nisi à scriptoribus ipsis interpretatio fuissest etiam apposita, cui rei docendae unum & alterum exemplum adferre modò satis fuerit. Quid Christus Iesus significaret illa, apud Iudeos, oratione, Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum: difficillimum, & multis olim, & nunc ferè omnibus cognitu, atque in varias fortassè expositorum commentationes, ut multa alia, detortum fuissest; nisi sacer ipse Euangelista presenti expositione subiunxit: Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moritus. Illud etiam ab eodem Domino & magistro Christo Iesu pronuntiatum, interpretem etiam ad nostram cognitionem postulabat, eamque personam ipse quoque Euangelista egit: Amen, amen dico tibi, cùm essem iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cùm autem senueris, extendes manus tuas, & aliis te cinget, & ducet te quò non vis; hoc autem dixit, inquit Iohannes, significans qua morte esset clarificaturus Deum.

Iohann. 12.

Iohann. 21.

Atque hæc, aut horum saltem alterum cognosci illa ætate etiam citra interpretis operam à multis potuit, facile enim auditorum turba, quid Christus indicare vellet, intellexisse videtur; quippe Iohannes ipse narrat, turbam respondisse: Nos audiuius ex Lege, quòd Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Et tamen eiusmodi exempla illa esse iudicauit Euangelista, quibus interpretatione opus esset, aliās posteritati minus aperte explicanda. Sed præter illa plusquam tria millia in sacris libris obseruari possunt: quæ cùm nullam expositionem adiunctam habeant, aut magno cum sententiæ dispendio ignorantur, aut saltem magnam elegantiae partem secum latenter abscondunt. Neque verò in nostris tantum, ut diximus, libris hoc accedit, sed in exterorum auctorum lectionibus etiam plurima sunt, quæ sensus habent in primis elegantes, si rectè percipiuntur, plurimumque subducunt de lectionis fructu & iucunditate, si ignorentur: cuiusmodi vel illud unum, apud Horat. indicare libet, idque lectoribus exponendum siue diuinandum potius relinquere.

Imperat aut seruit collecta pecunia cuique,

Tortum digna sequi potius, quam ducere funem.

Sunt autem huiusmodi à nobis obseruata apud exterios auctores innumera ferè exempla, de quibus aliquando, si Deus tantū otij & cōmoditatis concedat, nostra studiosis non ingrata (ut arbitramur) extabit diligentia. Sed antè sacrorum librorum lectioni & explicationi inseruire cupimus, quorū cum primis studio nos dedicauimus. Atque huius rationis totius, quam actionem vocamus, cùm notitiam, tum usum non leuem esse, aut inefficacem ipsa primū natura docet, quæ huiusmodi ferè omnium habituum & gestuum artifex est. adeò ut quæ linguis & sermonibus aliās inter se plurimum differant nationes, tamen gestibus, & habitibus adeò conueniant, ut ipsis tanquam opportunissimis & certissimis interpretibus ad motus animi mutuò indicandos vtantur. Nam etiam inter hostes animis, moribusque dissidentes, studio & lingua dissimiles habitus communes sunt, quoruī etiam citra sermonem usus est vtrique parti notissimus; inde est, quòd apud Historiographos habitus pacificatoris, & vltoris habitus, & minantis gestus, atque supplicum habituum frequens mentio est.

His etiam rebus illud non exiguae commoditatis accedit, quòd habituum & gestuum significatio, ad maius loci spaciū, & maiorem attendentium coronam, ad quam vox vlla vel contentissima pertinet, atque adçò non solū attendentibus & auscultantibus, sed maximo etiam strepitu tumultuantibus turbis sese insinuat, ad quas vlliū orationis integrum sensum peruenire, impossibile sit. Quam ob rem Pilatus nullo alio modo, suum, de Iesu Christi innocentia, iudicium & testimonium declarare ac protestari melius, apertius & communius potuit, quam vt postulata aqua, manus coram spectante populo & insano, proclamanteque vulgo, lauaret; ille enim gestus omnibus pariter conspicuus maius & apertius indicium, quam vox ipsa oratioque fuit: præterea etiam & diutiū mentibus inhērere debuit. Verborum enim omnium, quæ audita sunt, parū fidelis custos memoria: rerum verò oculis conspectarum imaginis tenacissima est, & à pueritia ad ultimam usque senectam certissima conseruatrix. Adeò verò magna, certa, efficax & communis huius generis actionū significatio est, ut ex his tantū olim genus quoddam scenicum constiterit, quod mimicum dicebatur, paucis aut nullis sermonibus adiunctis, tantum gestu, habitu & motu referens, quantum comicus verborum copia & apparatu explicare sua in arte posset. Legimus enim apud eos auctores, qui harum rerum testes esse potuerunt, fuisse artificem mimicum, qui profiteretur, se tantū in theatro aut senatu sola actione significaturum & expressurum, quantum disertissimus Orator eloqui diceando posset. Quin ex Oratoriis ipsis

bus ipsis quorum summū studium in eloquentia partibus cognoscendis, expendendis, & exercitatione ipsa periculoq. factō probandis fuit; quidam primas, secundas, & tertias in eloquendo actioni tribuerunt: cæteri verò, si non tantum concesserunt, eam tamen vnam in dicendo dominari confessi sunt.

Atque adeò duarum artium, post literarum studia, nobilissimaru, picturæ & sculpturæ, non elegantiam modò, sed & significationem omnem ex hac vna actionis cognitione, peti, qui nō agnoscit, is omnino rudes oculos habet; neq. magis eiusmodi artificiorū visu affici aut moueri, aut doceri potest, quām brutum. Nam neque pictor nec sculptor habetur peritus, qui vel signum simplex, nulloq. habitu notable fingit, vel naturæ habitum & gestum, adeò exp̄resse non imitatur, vt nullis verbis ad indicandum sit opus. Quanquam aut hanc omnem gestu, & actionis totius rationem, antiquis non modò notam & exploratam, sed etiam in artem, & præcepta redactam fuisse putamus, tamen nullū vñquam ea de re librum, ab aliquo perito auctore editum fuisse, legere meminimus; quare existimamus artem illam, vt palæstritem, saltoriam, cæterasq. gymnicas imitatione & exercitatione magis, quām vllis descriptis documentis traditam fuisse: legimus enim Demosthenem celeberrimum Græcorum omnium Oratorem actionis perdiscendæ causa operam Satyro hypocritæ, hoc est mimo vel histrioni dedisse. Tamen opus de ea re ab aliquo descriptum nusquam legimus. Magnam itaque esse intelligimus optimis auctoribus omnibus cognitam, obseruatam & opportunè usurpatam illam partem, quam vno verbo actionem diciimus, eandēmque quasi corporis sermonem vniuerso ferè hominum generi communem, & natura ipsa docente, cum magna utilitate & efficientia usurpatum.

Quanquam verò in omnibus libris, quicunque hactenus vel soluta oratione, vel carmine bonorum auctorum opera prodiere, illa, quam actionem vocamus, ratio multis in locis sparsa obseruatur, atque diligentem sui cognitorem requirit; nullis tamen in scriptis aut maior, & frequentior, aut certior, & significantior, aut etiā opportunior, & in omnem partem aptior huiusmodi exemplorum copia est, quām in sacris Bibliorum voluminibus, in quibus nulla totius veræ sapientiæ, hoc est, diuinorum & humanarū rerum cognitionis, quæ contingere hominibus potest, desideratur pars. Namque in illis libris, vt nullum prorsus verbum mysterio & significatione ad propositum argumentum aptissima caret, & vt nulla omnino oratio aut vana aut ficta, aut simulata est, sed omnia in vniuersum locis, temporibus, rationibusque suis disposita, & cohærentia constant; ita etiā nulla non indicantur actionum genera, quæcunque dicentis affectus (quorum maxima & frequentissima in illis libris explicatio est,) consequi solent. Neque id in hominum rationibus describendis tantum, sed in aliarum etiam animantium, atque adeò in cæteris naturæ generibus, quæ sensu, cognitioneque carent, adnotatum obseruatur. Quorum quidem generum, quanquam pars aliqua adeò aperta claraque sit, vt indice atque interprete non indigeat: plurima tamen exempla sunt, quæ citra diligentem obseruationem intelligi rectè non possint, si tamen eam diligentiam sacrorum librorum lectioni deberi arbitramur, quam diuinum auctoris ipsius postulat nomen.

Verū enim verò, inter tam multa piorum & eruditorum virorum, ad factorum voluminum explicationem utiliter tractata argumenta, illud vnum à nobis hactenus desideratum omnino est, quod hanc eloquutionis rationem spectat. Neminem enim doctum virum, aut ex antiquis accepimus, aut ex nostro sæculo cognouiimus, quidquam de hac omni te in lucem edidisse, quam tamen tractatione & explicatione dignissimam esse, nullus, vt arbitror, qui rectè attentèque considerauerit, inficias ibit. Fuere multi, qui de linguarum antiquarum, in quibus sacri libri conscripti primū sunt, Grammatica ratione, multa & diligenter obseruata scriberent. fuere, qui Dictionaria & verborum significations, studiosè & magno cum iudicio exponerent, qui de phrasibus, idiotismis, tropis, figuris, qui de tempotum ratione & annorum serie accuratè agerent. Non rari etiam qui symbola allegoriarumque materiam colligerent. Qui verò habituum, gestuum, affectionum, situumque figuras, modos, & significations docerent, certisque libris exponerent, non sunt hactenus cōerti. Atque ea quidem res, & sacrorum studiorum promouendorum cupiditas, qua mirum in modum tenemur, in causa fuit, vt dum commentationibus in sacros libros conscribendis (quod nostrum præcipue studium est) materiam & farraginem omnem, ex assidua & diligentí lectione comparatam, & comportatam in aduersariorum nostrorum penu reponeremus, quorundam etiam argumentorum rationem habendam duxerimus, quæ vel ab aliis ante nos tradita, cumulari à nobis, aut expediri faciliori modo possent: vel quæ cæteris prætermissa essent, à nobis inchoata, & pro ingenij & virium facultate ac temporis angustiis informata, & in medium prolata, aliis post nos pertractanda relinquerentur; vt ita in vineam Domini Dei nostri omnes in commune, non quæ nostra, sed quæ proximorum, quæ Ecclesiæ matris omnium, quæ charitatis, quæ utilitatis publicæ, denique quæ Dei voluntatis sunt, quærentes, vñusquisque pro crediti sibi, aut diuinitus concessi talenti ratione, operas conferamus.

Igitur post expeditam Arcani sermonis interpretationem, quam Ioseph inscr̄simus, hunc sacri apparatus thesaurum, ea etiam parte augeri voluimus, quā ad actionum præcipua & cōmunia genera explicanda conferte posse intelleximus: cui HIEREMIAE nomen propterea indidimus, quod ficer ille Vates, si quisquam alias maximè, huiusmodi habitum & gestuum figuris spectabilis est, ob variam & multiplicem affectuum naturam, quibus ex varia, quam init, conditione, & legationis suæ persona multiplici permotus est. Neque verò nos omnia in vniuersum exempla, hoc in libro recensuimus, sed summa tātū genera, naturæ ordinem secuti, in habitum, gestuum, & situum ratione perstrinximus,

additis in unoquoque genere ternis aut quaternis variorum locorum exemplis, quae & sui explicandi lectoribus copiam facere possint, & iis, qui idem argumentum persequi voluerint, viam munire, ut existimamus non importunam. Dum vero de humani corporis & membrorum habitu, gestu, situ & affectu nobis differendum proponeremus, ceterarum etiam rerum variam affectionem, quod & ipsa significationis expers non sit, obiter indicandam duximus. Neque tamen eo modo aut actum agere, aut huius libri rationes cum alterius, qui de Arcano sermone appellatur, confundere videbamur, aliud enim est agrum naturae suae definitione aut loci significatione, aut adiuncti cuiuspiam adnotacione considerare, aliud eundem lugentem, vel arentem, vel ridentem obseruare. Illud enim naturae ipsius ingenium, hoc habitum vel affectionem spectat. Quod ut inter se distinctum est, ita etiam iudicio facilè internosci potest. Quod superest, pium lectorem oratum volumus, ut nostrorum laborum rationem, non tam ex re ipsa, quam ex propenso erga sacras literas, earumque cultores probos animi nostri studio definiat. Antwerpiae Idibus Martii. Anno c. 10. I. 10. Lxxi.

DE RATIONE HABITVS ET GESTVS, EORVM QVE COGNITIONE ET VSU BREVIS QUÆDAM PRÆCEPTIO.

Ex habitibus & gestibus quidam simplices sunt, ut iacere & stare: quidam compositi, ut sedere, equo vehi, atque ut simplicium simplex, ita compositorum composita etiam, & variis rationibus constans est significatio: id quod in exemplis obseruatum ad eiusmodi rationes alias cognoscendas & sui erit. Rursus ex utroque superiori indicato genere, alij naturæ vi cogente ex affectionibus profiscuntur, atque hi cōmunes omnibus nationibus cūm sint, perpetuam quoque ac certam apud omnes significationem habent, ut sedere aut iacere miserorum & mōrentium, sublimes oculi superborum, demissi modestorum aut pudibundorum. Alij vero ex voluntate, studio & cogitatione atq; imitatione oriuntur, atque hi non omnibus communes, neque & ubique idem sunt, ut stare orantium & spectatorum.

Sunt & habitus ex consuetudine initi & frequentati, ut vnguentorum & cineris usus, ille ex hilaritate & iucunditate, hic ex mōritudine cōceptus. Ex iis etiam, qui consuetudine constant, quidam solennes sunt, ut capitio velatio damnatorum. Est rursus aliud habituum genus, cuius formæ, non uno apud omnes eodemque modo spectantur, sed pro vario singularum personarum animo & studio aliter atq; aliter fiunt, quorum singulares seorsum significationes reddere, difficultum est; si formæ ipsæ tantum respiciantur, qua exemplo simili plerunque carent, ut caput inter genua ab Helia coniectum, Helisei in puerum vita functum procubitus. Si vero genus ipsum consideratur, facile in formarum significationes penetrabitur. Sumuntur etiam habitus ex muneriis atque officijs ratione, ut sedere docentium, & stare discentium, præcedere ductorum, sequi militum & discipulorum. Sunt præterea habitus quidam in signum, testimonium, & diuturnum rei gestæ monumentum, ut lotio manuum à Pilato, coram populo inita: & excusio pulueris pedum, ab Apostolis aliquando facta. Atque ad hanc rationem multi Prophetarum habitus referuntur.

Porrò quidam gestus & habitus virtutum aut vitiorum sunt indices, ut irrisorum, labra mordere, pede terere, amicorum arridere, gratulari. Nonnulli etiam aliquando virtutem indicant, nonnunquam vero vitium arguunt, cūm tamen idem sint habitus, quoniam vitium virtutes non raro imitatur, ut extentum collum libertatis nonnunquam, interdum vero insolentiae signum est. Atque ad hoc genus pertinent nota omnes, quorum frequens in Sapientialibus vocatis libris usus est. Accidit autem aliquando, ut habitus non propriam formæ sua significationem ex usu habeat, sed eam, qua propriè contraria est, idque ex abuso, ut purpura Christo à militibus, non ad confessionem regni, sed ad irrisiōnem & sarcasmō inducta est.

DE PORTENTOSIS ACTIONIBVS.

PORRO genus illud apud Prophetas, insigni quadam nota obseruatum, propriam certamque exigit, ad cognoscendam animi attentionem, quod rara aliqua & illustri actione spectatur, ac singularem aliquam & diurnam mentione recolendam, maiorique animi motu excipiendam significationem habet. Huius autem forma multa ac varie sunt variis exemplis indicata: ut quod Moyses puluerem pugillo comprehensum, in æra iactauerit, aduersus omnem terram Ægypti. Iosuas hastam contra Hai, expugnationis significande causa, tetenderit: eodemque iubente, principes Israelitæ pedes captorum regum ceruicibus imposuerint. Isaias liberos certos ex divino decreto genuerit, nominibusque appellauerit portentosis. Moyses velatus prodierit, cordis Iudaorum cæcitatem, & veteris Testamenti obscuritatem indicans: Ezechiel vase captiui iussus Dei parauerit, in signum Israelitice transmigrationis. Iesus Christus puero ostendo, simplicitatem præceperit: Angelus fortis molarem lapidem in mare proiecens, dixerit, Simili impetu projicitur Babylon. Et huiusmodi plurima, quorum rationem satis ut arbitramur idoneam, ex nostris in Hoseam Prophetam commentariis petere, propriam autem singulorum expositionem, aut ex horum librorum, de Arcano sermone & Actione, diligenti lectione obseruare, aut à nobis certo opere, ad eam rem composite, si Deus vota probet, expectare licebit. Hoc autem genus omne portentosarum actionum appellamus; quod ad res certas, diuini consilij decreto portendendas, est institutum. Quæratio non modò à veris Prophetis frequentata, sed à pseudoprophetis etiam est usurpata, nec raro apud gentium autores obseruatur. Sedechiam enim mendacem Vatem veri portenti ementita imitatione cornua sibi aptasse legimus. Aristotelem præterea iam fermè morientem & in Lesbiū Rhodio prætulisse, ut Theophrastum Menedemo anteponeret. Alexandrum è nauī Asiam iaculo petuisse. Eundem Hephaestioni amico os annulo obsignasse, ad taciturnitatis commendatae significationem.

DE HABITV ET GESTV.

HABITVS & gestus vel animantium, vel anima carentium rerum sunt: vt Cæli & Terræ habitus siue habitudo, quam faciem recte dicere possumus. Agrotum & aquarum facies, quoque obseruamus & notamus. Sed inter cunctas animantes nullum genus est, quod pluribus & significantioribus habitibus afficiatur, quām homo, cuius rationes hoc in opere explicabimus. Spectantur autem habitus vel in toto corpore, vel in corporis partibus, singulisque membris, vt in capite, manibus, cruribus & pedibus. Postò ex habitibus, alij ad affectum eius, qui ita habet: alij verò ad effectum, & ad efficacitatem referuntur, ita vt quosdam passiuos, actiuos quosdam dicere possumus. Atque huiusmodi obseruata distinctio vtilis valde erit, ad sententiarum & locorum explicationem vestigandam.

Naturæ autem ordinem sequuti, de singularum humani corporis partium primū, deinde verò de totius corporis habitu atque situ differemus.

DE CAPITIS HABITV ET GESTV.

Damnatio. CAPITE operto esse aliquem, damnationis ad supplicium, & explosi hominis, atque à ciuitatis & vi-
ta communione abalienati signū fuisse, apud quosdam populos intelligimus. vt ex historia Hester, Amani faciem prolata à rege sentētia cōtinuò fuisse velatam obseruamus. Solent etiā homines ipsi summa mœstitia, simul etiam maximo pudore affecti sibi caput velare, cæterorum occursum & colloquium, consolationemque declinantes; quod idem Aman Syrus fecisse dicitur, s. s. e. Reuersusque est Mardochæus ad ianuam palati, & Aman festinavit ire in domum suam, lugens operto capite. Et confusi sunt, & afflicti, & cooperuerunt capita sua.

Luctus. **M**œstitia. Capitis demissio mœstiam, luctum, dolorem & humiliationem consequitur; estque is habitus solennis, iis, qui diuinæ iræ deprecandæ causa ieunant: quamquam id nonnunquam vitio hominū, simulatione magis & imitatione veritatis, quām certo & constanti animi proposito fiat. Additur autem huic affectioni, cinis & puluis; & sacco induitur totum corpus, s. s. e. Nunquid tale ieunium elegi, per diem affligerre hominē animam suam? Nunquid cōtorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere?

Isa. 61. 3. Vnctum & coronatum caput lætitiam ostendens habitus est, s. s. e. Vt ponerem lugentibus Sion, & darem iis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu. Caput caluum, barba rasa, saecus in lumbis, luctum arguunt magnum, s. s. e. Omne enim caput caluitum, & omnis barba rasa erit; in cunctis manibus collagio, & super omne dorsum cilicum.

Seruitus. **L**abor. Eze. 29. 18. Caput depilatum & humerus leuis, magni & assidui laboris argumentum, s. s. e. Nabuc-Donosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum, seruitute magna aduersus Tyrum, omne caput decaluatedum est, & omnis humerus depilatus.

Superbia. Pfd. 82. 2. Caput attollere, superbientium & arrogantium gestus est. vt, Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.

Isa. 35. 10. **I**sa. 51. 12. Caput altum & erectum victores ferunt, estque lætitia, ouationis & victoriae signū, s. s. e. Et lætitia sempiterna super caput eorū. gaudium, & lætitia obtinebit. Contrà verò caput in terram demissum, mœstia, pudorem, & animi consternationem arguit, s. s. e. Abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. & ad miserrimam rerum conditionem indicandam illud facit. Abiecerūt in terram capita sua virgines Ierusalem.

Luctus. **I**ob. 2. 2. Caput terra inspergebant, suam vel alienam calamitatem lugentes. Sic enim amici Iob cùm eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamauerunt.

mantes plorauerunt, scissisque vestibus, sparserunt puluerem super caput suum in cælum. Et cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacerdo, & spargens cinerem capiti suo, in platea ciuitatis voce magna clamauit.

Caput mouere, alienam calamitatem vel admirantes, vel irridentes solent, s. s. e. Omnis, qui præterirerit per eam, obstupescet & mouebit caput suum. Et posuisti nos in similitudinem gentibus, & commotionem capitum in populis. Sic qui Christo crucifixo insultabant, mouebant capita sua, dicentes, &c. Et spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion, post tergum tuum caput mouit, filia Ierusalem.

Manus super caput habens foemina, anxij nimis, dolorisque animi perturbationem prodit, s. s. e. Et manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam obtruit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prospicrum.

Illud verò singularis cuiusdam studij & magnæ fidei atque efficacis intentionis argumentum est, quod Helias egit, dum Deum reuocandæ in terras pluviæ causa oraret. Solent enim qui plurimum confidunt in amicitia eius, quem de re graui aliqua appellare, orareque parant, laboriosum aliquem atque difficultem sibi habitum aptare. quem non aliâs, nisi re impetrata, mutandum profiteantur; ita, vt is, apud quem agitur, vel personæ charæ ratione habita, vel laboris constanter suscepit auertendi causa, id, quod postulatur, tandem cōcedat. neque enim graue amici propostum perrumpere possunt, neque laboris illius suscepti spectaculum ferre diutius. Sunt, qui iurent, se neq. esuros neque bibituros. Sunt, qui ex uno loco & situ discessiuros negent, antequam impetrant. Efficientissima igitur fide, & maxima spe instructus Helias, difficillimum omniū, quos ferre humani corporis membra possunt, habitum situmq. induxit. qui Deum prophetæ amant, & fidem maximam probantem ad concedendam, imò ad festinandam pluviā, permouit, s. s. e. Elias autem ascendit in Carmel, & pronus in terram posuit faciem suam, inter genua sua; & dixit ad puerū suum, Ascende, & prospice contra mare. Qui cùm ascendisset, & contemplatus esset, ait, non est quidquam. Et rursum ait illi, Reuertere septem vicibus. Et in septima vice, ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. qui ait, Ascende, & dic Achab, Iunge currum tuum & descendere, ne occupet te pluia. Totus hic locus quanquam orandi & precani verbis non explicatis, tamen feruentissimam, attentissimam viri sancti, & postulata instanter, summaque cum contentione vrgentis orationem describit. Fuit enim illa actio omnis oratio mera & vehemens, verbis efficacissimis & gestibus ad diuinam misericordiam conciliandam studiosè adaptatis constans. Sic enim ipse idem dixerat, Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto; Si erit annis his ros & pluia, nisi iuxta oris mei verba. Et Iacobus aperte hunc locum exponit: Elias homo erat similis nobis passibilis; & oratione orauit, vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex; & rursum orauit, & cælum dedit pluiam, & terra dedit fructum suum.

Capite aperto orare viros decet, ad ingenuitatis significacionem, foeminas verò velato capite, ad subiecctionis professionem & pudoris commendationem.

FRONS.

FRONS dura ad obstinationis & contumaciae, perfidiae impudentiaeque notas refertur: Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Et neruus ferreus, ceruix tua, & frons tua ærea.

CERVIX.

CERVIX inclinata & supposita, laboris & seruitutis atque negotii susceptionem significat. Ita Paulus, Salutate, inquit, Priscam & Aquilam adiutores meos

Eph. 4. 2.

Admiratio.

Irritio.

Insultatio.

Ier. 18. 15

Psal. 43. 14

Matth. 27.

4. Reg. 19.

22.

Luctus &

Anxietas.

Ierem. 2. 37.

Orationis

ardentissi-

ma & effi-

cacissime

habitum in

Helia.

3. Reg. 18.

42.

Iacob. 5.

Ezech. 3. 8.

Ier. 48. 4.

Rom. 16.

in Christo Iesu, qui pro anima mea tenuices suas supposuerunt.

C O R N V.

Victoria. Thes. 2. 17 CORNV ad homines figuratè translatum potentiam significat, idque exaltatum præstantiæ & victoriæ signum est, s. s. e. Lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum.

C A P I L L V S.

Indignatio Dolor. Est. 9. Ierem. 1. 6. Ierem. 47. Mich. 1. Ierem. 7. 29. Nazareni votum. Alter. 18. Timor. Perturbatio Iob. 4. Condicio misera. Gau. 41. C A P I L L V S capitis ornamentum est, alio tamē modo viris quam foeminis, ut Paulus in epistola ad Corinthios missa, differit. Capillorum euulso & lacero, indignationem & dolorem, aliqua ex causa vel publica, vel priuata, acceptum arguit, s. s. e. Cumque audissem verbum istud, scidi pallium meum, & euulsi capillos capitis mei, & barbae, & fedi moerens. Et non sepelientur in terra ista, & non se incident, neque caluitum fiet pro eis. Et venit caluitum super Gazam. Et decaluare & tōdere super filios deliciarum tuarum. Dilata caluitum tuum sicut aquila. &, Tonde capillum tuum, & proifice, & sume in directum planctum. Capillorum tonsio Nazareni votum significat. Sic enim Paulus, qui votum nuncupauerat Cenchris, capit Ierosolymis totondit.

Capillorum & pilorum omnium horror & asperitas, timorem, subitamq. perturbationis inuasionem indicant, s. s. e. Et cum spiritus me præsente transitet, inhorruerunt pili carnis meæ. More etiam gentium receptum est, vt qui vineti, capti, aut aliæ durissima condizione oppressi sunt, comam crescere finant, vitaque suæ statum miserum illa negligentia sui testentur. Sic enim legimus, Iosepho de carcere educto tonsum fuisse capillum.

A V R I S.

Attentio. Psalm. 101. Psalm. 30. Proverb. 4. Ierem. 7. 24. Corripere. Monere. Iob. 36. Ierai. 50. 4. AVREM inclinare, attendentis, & rem libenter cognoscere cupientis est, idque ad optimum iudicem & gubernatorem, atque etiam ad probatum propositæ doctrinæ discipulum pertinet, s. s. e. In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. &, Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me. &, Fili mi, auctorū sermones meos, & ad eloquia mea inclina aarem tuam. Est etiam idem habitus obedientium, s. s. e. Et non audierunt, neque inclinauerunt aarem suam. Aurem reuelare, est aliquem corripere & monere, s. s. e. Reuelatuit quoque aarem eorum, vt corripiat, & loquetur vt reuertantur ab iniuitate. Et eripiet de angustia pauperem, & reuelabit in tribulatione aarem eius. Et manè erigit mihi aarem vt audiam quasi magistrum.

Arcanum. Lnc. 12. Impersuabilitas. Aueratio. Psal. 57. 5. Proverb. 21. 13. Ierai. 33. 15. Alter. 7. 57. 4. Reg. 21. 12. Mich. 7. 16. Dicere in aurem alicui quidquam, rem arcana & non euulgandum consilium indicat: Cuius contrarium est, In tecis dicere aut propalare. vt, Quod in aurem loquuti estis in cubiculis, predicabitur in tecis. Aures obthurant vel alio modo continent, quicunque proposito consilio se se impersuasibiles reddunt, s. s. e. Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas quæ non exaudierunt vocem incantantis, & benefici incantantis sapienter. &, Qui obthurat aarem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit & non exaudiatur. &, Qui obthurat aures suas, ne audiat sanguinem. Hoc habitu Iudæi quondam se à Christi doctrina abalienatos ostenderunt, s. s. e. Exclamantes autem voce magna, contulerunt aures suas. Aures tinnientes terrorem & pauorem significant maximum, s. s. e. Ecce ego inducam mala super Ierusalem & Iudam, vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. &, Ponet manus suas super os suum; aures eorum tinnient. sic Hebraicè.

O C V L I.

Superbia. Proverb. 21. 4. Ierai. 2. 11. OCVLI in sublime ex consuetudine & proposito clati, arrogantiæ atque superbiæ indicium faciunt, s. s. e. Exaltatio oculorum, est dilatatio cordis. Et oculi sublimes hominum humiliabuntur. Contrà

verò oculi humiles modestiæ habitum preferunt, s. s. e. Modestia. Iob 2. 2. 29. Lnc. 18. 13. Qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. Sic publicanus orans, nec oculos ad cælum eleuare volebat.

Oculos attollunt orantes & petentes aliquid à Deo, Oratione. Iob 1. 1. 41. s. s. e. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit, Iob 1. 1. 41. Pa- ter, gratias ago tibi, &c. Et in cena, eleuatis oculis in Lnc. 17. 1. cælum gratias egit, & fregit. Et hæc loquutus Iesus, eleuatis oculis in cælum, dixit, Pater venit hora, &c. &, Attenuati sunt oculi mei suspicentes in excelsum.

Oculos Iesus ad discipulos suos attentionis peten- Attentionis para. jo. Intentio. Lnc. 6. 10. dæ & intentionis suæ indicandæ causa conuertit.

Oculi auersi, negantis aut fastidentis vel dissimu- Abnire. Diffidere. Diffimus late. lantis, aut negligenter gestum ostendunt, s. s. e. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne auertas à paupere. &, Non auferet à iusto oculos suos. &, Auerte oculos meos ne videant vanitatem.

Oculi igniti, aciem acutam visus, nihil impurum dis- Eccle. 4. 1. Dent. 15. 9. Iob 36. 7. Psalm. 118. 37. simulantem aut consentientem, s. s. e. Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammatum ignis.

Oculi nictantes malitiosos mores arguunt, cogita- Acutum in dictum & purum. Apoc. 2. 18. Malitia. Nequitia. Ecc. 27. 25. tionesque indicant peruersas & noxias, s. s. e. Ni- etans oculo fabricat iniqua, & nemo eum abijcit: in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, &c. Et homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, Pron. 6. 13. Psal. 3. 19. Psal. 10. 1. annuit oculis, terit pede, digito loquitur. &, Qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. &, Qui annuit oculo, dabit dolorem.

Oculi lachrymis deficientes, vehementissimum & dolor vehementissimum dolorem indicant, qui leuari vel flendo nequeat. vt, Defecerunt lachrymis oculi mei; tur- Thes. 2. 17. bata sunt viscera mea.

Oculi deficientes, intentum obtutum, attentionem- Attentione maxima & expectatio. Psalm. 118. 82. que maximam spectandi aut exspectandi demonstrant. vt, Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me? &, Defecerunt oculi eorum, Ierem. 14. Psal. 68. 4. quia non erat herba. Et defecerunt oculi mei dum spe- ro in Deum meum.

Oculos attollere in rem aliquam, est ei attendere, Attentione voluntas & studium. cupideque animum aduertere, promptamq. volun- tatem erga rem illam significat, s. s. e. Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros eleuatis ad immundi- Ezra 33. 25. Psal. 33. 16. tias vestras. Et oculi Domini super iustos.

Oculi clausi meditantem & cogitantem animum produnt, idque non raro in malam partem interpreta- Meditatio. Prov. 16. 38. mur, s. s. e. Qui attonitus oculis cogitat prava, mor- dens labia sua, perficit malum. Hebraicè, oculis clausis, ad verbum est.

Oculos aperire, vigilantium & attendantium est, Vigilantia. Attentio. Aperi oculos tuos & saturare panibus. &, Diues cum dormiet, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. s. s. e. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos & saturare panibus. &, Diues cum dormiet, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet.

Leuare oculos, gestus est eius, qui nouo aliquo nuntio vel spectaculo nouam lætitiam & aduersarum rerum mutationem in melius excipit. Sic Isaías, Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, filii tui de longe venient, & filiae tuae de latere surgent.

Ad oculos omnis transeuntis aliquid facere, est rem manifestare: publica enim & manifesta esse necesse est, quæ viatoribus patent, s. s. e. Et dabo te in desertum Manifestatio. Ezrah. 5. 14. & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, ante oculos omnis prætereuntis.

Porrò oculi & animi affectionem, & morbi in corpore significationem exhibent, s. s. e. Et oculi mei lan- guerunt præ inopia. Oculos habendo non videre est, non obseruare res, neque ex rebus conspectis aliquid cognoscendo intelligere. Itaque penè est in brutum de- generare, atq. adeò inanimatis statuis similē reddi ali- quem, s. s. e. Nondum cognoscitis neque intelligitis, adhuc excœcum habetis cor vestrum, oculos haben- tes non videtis.

L A C H R Y M A E.

L A C H R Y M A E in maxillis, luctum miserabilem Luctus miserabilis. & incon-

& inconsolabilem, ex causa cognita & iudicata, & gra-
Tren. I. 2. ui arguunt, s. s. e. Plotans plorauit in nocte, & lachry-
mæ eius in maxillis eius: non est, qui cōsoletur eam, &c.
Affectus in oratione. In oratione lachryma affectum arguunt maximum,
4. Reg. 20. 5 S. S. e. Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam
tuam; ecce sanavi te. Lachrymæ aliquando latitiae ob-
Letitia. Gen. 43. 30 tenere dilectam personam acceptæ argumentum sunt,
s. s. e. Festinavitque, quia commota fuerant viscera
eius, super fratre suo; & erumpabant lachrymæ, & in-
troiens in cubiculum, fleuit.

N A R E S.

Ira. Lenitas. IN naribus magna vel iræ vel lenitatis significatio
est: Nares enim vento vel fumo incensæ, iram grauissi-
mam & præsentis vltionis aidam significant, s. s. e.
2. Reg. 22. 9 Ascendit fumus de naribus eius, & ignis ex ore eius vo-
rabit, carbones succensi sunt ab eo. & gloria narium
eius terror. Contrà verò summæ lenitatis indicium est
narium latitudo, & facilitas respirationis. Atque leni-
tas & patientia Dei hac imagine indicatur, qui per-
petuò à Prophetis δραγή της, id est, latis naribus est
appellatus, pro quo Interpres noster, longanimitis, vertit.
Ceremonia Applicabant ramum ad nares, certa vani cultus ce-
remonia ad ortum Solis adorantes, quasi odoris suau-
itatem Soli tribuentes & ascribentes, s. s. e. Quia re-
plentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum
me. Et ecce applicant ramum ad nares suas.

Domatio. Circulus in naribus quibusdam iumentis inseritur
domandi & ad ministerij vsum ducendi causa, s. s. e.
Iob. 4. 19. In sudibus perforabit nares eius. &, Ponam circulum
Iob. 37. 19. in naribus tuis, & hamum in labiis tuis.

Inquietu- Ventum naribus colligens animal, irquietum, in-
do. constansque esse arguitur, s. s. e. Et onagri steterunt
Anxietas. Iacob. 14. in rupibus: traxerunt ventum quasi dracones. defece-
runt oculi eorum, quia non erat herba.

O s.

Elogiatio. Os apertum interdum consultò & grauiter oran-
tem aut docentem significat. vt, Aperiām in parabolis
Math. 5. 2. os meum. &, Aperiens os suum, docebāt eos. &, Ape-
riens Philippus os suum. Et in illa die aperietur os tuū,
Ador. 8. 35 cum eo, qui fugit; & loqueris, & non filebis vtrā.

Gratiarum actio. Et tibi dabo apertum os in medio eorum, & scient
quod ego Dominus. Huiusmodi multa exempla ad gra-
tiatum actionē referuntur. Et tibi dabitur os apertum
in medio eorum; & scient quod ego Dominus.

Insito. Os in aliquem apertum vel dilatatum irsionem &
Insultatio. insultationem significat. vt, Aperuerunt super te os
Tren. 2. 16. suum, omnes inimici tui sibilauerunt & frenduerūt, &c.
Tren. 3. 46. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici. Ali-
Inimicitia. quando etiam inimicitiam & rabidam nocendi audi-
Psal. 21. 14. tatem. vt, Aperuerunt super me os suum sicut leo ra-
Psal. 34. 21. piens & rugiens, &, Dilatauerunt super me os suum,
dicentes: Euge, euge, viderunt oculi nostri. &, Non
Abd. 1. 13. magnificabis os tuum in die angustie.

Secretum. Os obserare vel obseruare, silentium & arcani consi-
lii custodiā significat, vt ne quid temere vel impru-
denter effutiatur, s. s. e. Ab ea, quæ dormit in sinu
tu, custodi claustra oris tui.

Redargu- Manus super os imposita eorum habitum describit,
tonum ha- qui veritate redarguti, aut potestate, auctoritateque
bitus. conuicti obmutescunt, pudefactique tacent, s. s. e.
Mich. 7. 36. Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitu-
Psal. 38. 10 dine sua; ponent manum super os, aures eorum surda-
erunt. Huc pertinet illud, Obmutui, & non aperui os
meum, quoniam tu fecisti.

Detractio. Os vertere, aut peruertere, eorum est, qui aliud præ-
Irratio & sentes, aliud absentes dicunt, duplicitum videlicet &
Inuidentia. inuidentium hominum, s. s. e. Annuens oculo, fabri-
cans iniqua, & nemo eum abijciet, & in conspectu ocu-
lorum tuorum condulcabit os suum, & super sermones
tuos admirabitur. Nouissime autem peruerteret os
suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Os in pul-
uere depositum ad illum habitum refertur homi-

nis orationi & deprecationi intenti, misericordiam suam ostendens, & misericordiam humiliter implorantis, constitutione totius corporis & oris, laboriosa & mile-
rabili, atque omnino demissa, & ad diuinam placan-
dam iram, magno animi studio, magnoque suæ indi-
gnitatis ostentu accommodata, s. s. e. Bonum est vi-
ro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua: sedebit
solitarius, & tacebit, quia leuabit super se. Ponet in pul-
uere os suum, si forte sit spes. Huiusmodi miserabilem
habitum illa significant, Abiecerunt in terram capita
sua virgines Ierusalem.

Os Paulo percussum, quamvis malignitate & ini-
ritia, tamen blasphemiae auditæ & iudicatae, accusatio-
nenem præferebat atq. detestationē significabat.

L A B I A.

L A B I A contrahere, oculis innuere ad irrisorum &
duplicitum aut maleuolorum gestum indicandum per-
tinet. Idem etiam labia scindere aut retorquere signi-
ficat. vt, Remoue à te os prauum, & detrahentia labia
sint procul à te. &, Qui attonitis oculis cogitat praua,
mordens labia sua perficit malum. Et melior est pau-
per qui ambulat in simplicitate sua, quam torquens la-
bia sua, & insipiens. &, Ei, qui reuelat mysteria & ambu-
lat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commisceatis.

Amicire super labiū, habitus est lugentiū, & opinio-
ne exspectationeque sua frustratorum hominum. Sic
Hebraice legimus, id quod Latine versum est. Et con-
fundentur diuini, & operient omnes vultus suos.

O S C V L V M.

O S C V L V M honestum, siue, vt Paulus appellat, san-
ctum, amicitiae & charitatis mutuae signum est: atque
in salutationibus adhibetur, s. s. e. Salutare fratres o-
mnes in osculo sancto. &, Osculum mihi non dedisti;
hæc autem, ex quo intraui, non cessauit osculari pedes
meos. Est etiam mutuæ pacis & consuetudinis signum,
quoniam ab improbis male aliquando usurpatum,
s. s. e. Et tenuit manu dextera mentum eius quasi oscu-
lans eum. Indicat etiam osculum ex præterita consue-
tudine & amore vehementi desiderium, recenti absen-
tia renouandum; quam ob rem discessuri sese mutuò
exosculantur, s. s. e. Osculatusq. est Ioseph fratres suos,
& fleuit super singulos. &, Magnus autem fletus factus
est omniū, & procumbentes super collum Pauli oscu-
labantur eum, &c.

L I N G V A.

L I N G V A palato inhærens, silentium vel sponta-
neum, vel etiam coactum significat, s. s. e. Vocem
suam cohíebant duces, & lingua eorum gutturi suo
adhærebant. &, Linguam tuam adhærere faciam pala-
to tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans. Et lin-
guam mea adhæsit fauibus meis.

Linguam qui mordet propriam, doloris & laboris impati-
entiam prodit, s. s. e. Et commanducabant lin-
guas suas præ dolore. Et blasphemauerunt Deum cæli,
præ doloribus & vulneribus suis.

D E N T E S.

D E N T I B U S frendere, hoc est, dentes diductis la-
biis ostendere, irridentium & insultantium est habitus,
s. s. e. Aperuerunt super te os suum, omnes inimici
tui sibilauerunt, & fremuerunt dentibus suis, & dixer-
unt, Deuotabimus. Et frenduerunt super me denti-
bus suis. Aliquando dentibus fremere, grauissimi
doloris ex inuidia vel alio modo, siue in corpore, siue in
animo accepti signum est. vt, Peccator videbit, & ira-
scetur, dentibus suis fremet & tabescet. &, Ibi erit fle-
tus & stridor dentium.

Indignabundi etiam hominis gestus est, aduersus al-
terum grauiter affecti, dentibus stridere. Sic in Ste-
phanum dentibus stridebant illi, ex synagogis priuatis
aduerteri.

B A R B A.

B A R B A & capillorum canities, dignitatem, au-
ctorita-

- Auctoritas.
Reuerentia.
Apocal. 1.4.
- Psal. 13.2.
- Luctus.
Ipsa. 15.3.
- Zech. 21.5.
- Ierem. 41.5.
- Iere. 48.37.
- Contumelia.
2. Reg. 10.
- Studium.
Intentio.
Ezech. 25.2.
- Ezech. 14.7.
- Ezech. 19.2.
- Ierem. 3.12.
- Gratia.
Prouidentia.
Psalm. 118.
- Negatio.
Detestatio.
Abasitatio.
Psal. 21.24.
- Psal. 43.24.
- Cōscientia
oppresio.
Cōscientia
bona. pietas
- Gates. 4.6.
- Ish. 22.26.
- Psal. 81.2.
- Adoratio.
Tremor.
Reuerentia.
2. Paral. 7.3.
- Mish. 2.6.
- Gratitudo.
Ruth. 2.9.
- Superbia.
Ose. 7.10.
- Pudor.
- Verecundia
- Ezech. 12.4.
- Ezher. 7.3.
- Autoritatem ac reuerentiam præfert & probat, s. s. e. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana & tanquam mix. Vnum ex humani corporis ornamenti barba est, oris videlicet decus, & virilitatis argumentum, quæ cōposita dignitatem indicat, s. s. e. Sicut vinguētum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron: contrā verò aliquo modo corrupta, luctum vel contumeliam præfert; quam ob rem in luctibus gravissimis barba diuulsa, inter magni doloris habitus, numeratur, s. s. e. Moab vñlubit, in cunctis capitibus eius caluitum, & omnis barba radetur. &, Nec radent caput neque barbam, &c. Et venerunt viri de Sichem & de Silo, & de Samaria, octoginta viri rasi barba & scissis vestibus. &, Omne caput caluitum & omnis barba rasa erit. Aliquando contumeliam spectaculum præbet barba, per iniuriam rasa; maximè verò, si iniqua- li tonsore id fiat, s. s. e. Tulit itaque Hanon seruos Dauid, rasitque distidiam partem barbae eorum, &c.

FACIES TOTA.

MULTIPICES gestus & habitus facies admittit, quo scunque interior animi vis, siue sponte affectibus suscepisti, siue coacta perturbationibus induit, Eccle. 13.31 s. s. e. Cor hominis mutat faciem ipsius, siue in bona, siue in mala.

Faciem in rem aliquam ponere, intentionem, studium, attentionem, operamque præstantis gestus est. Ezech. 25.2 vt, Si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo. Et scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam. Et, Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Amon. &, Pone faciem tuam contra Pharaonem tegem Ægypti. &, Non auertam faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum, dicit Dominus.

Huc pertinet faciei illuminatio, quod ad gratiam, fauorem & prouidentiam referitur. vt, Faciem tuam illumina super seruum tuum.

Contra verò faciem auertere vel abscondere, negligenter gentis, renuentis, auersantis atque detestantis habitus est: Quia non despexit depreciationm pauperis; nec auertit faciem suam à me. & cum clamarem ad eum, exaudiuit me. &, Quare faciem tuam auertis, & obliuisceris inopiae nostræ? &, Avertente autem te faciem tuam, turbabuntur, &c.

Faciem demittere, eorum est, quos conscientia accusat, & Deo ingratos arguit, & causa sua premit. Contra verò, faciem tollere, eorum est, quos bona conscientia, & spes, fidesq. erigunt, charitas quoque animat, s. s. e. Gates. 4.6. Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nónne si bene egeris, tolles? scilicet faciem. Sic enim Hebraeum verbum ñx interpretamur. Et tunc super omnipotentem delitiis afflues: & eleuabis ad Deum faciem tuam. &, Vsque quo iudicatis iniquitateim, & facies peccatorum tollitis?

Facies etiam in terram demittere, adorantis & trementis diuinam maiestatem habitus est, s. s. e. Sed & omnes filii Israel videbant descendenter ignem & gloriam Domini super domum, & corruentes proni in terram, super pavimentum stratū lapide, adorauerunt. Sic in faciem procubuit Christus, dum nostrorum debitorum pondere pressus oraret.

Idem habitus grati & gratias agentis animi signum est. Sic Ruth cadens super faciem suam, & adorans super terram, dixit, Vnde milii hoc? &c.

Est etiam facies superbiæ atque arrogantiæ index, s. s. e. Et humiliabitur superbia Israel in facie eius. Pudor ac verecundia in facie visitur, & summæ miseriæ species quædam indigna visu. quam ob rem quibusdam vel vltro, vel ab aliis facies velantur, in eiusmodi perturbationibus, vt in damnatis publica autoritate olim factitatum legimus.

Ad hoc genus illa referuntur: In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris, faciem tuam velabis. &, Necdum verbum de ore regis exierat: &

statim operuerunt faciem Aman. Et huc illud pertinet apud Isaiam: Facies combustæ vultus eorum. Sic & Susanna os velatum habuisse dicitur, ob pudorem, cùm ad caluminiam publice à iudicibus raperetur.

Facies lota laxitatem atque sedatum, compositumque animū indicat. Sic Ioseph lota facie cōtinuit se. & s. s. e. Gen 44.11 Matt. 6.17 Et cùm ieunias, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.

Sordida verò facies lugentis & moerētis habitus est; quæ si ex animo & affectu sit, miseriam arguit: sin verò ex studio & simulatione, hypocrisim prodit, s. s. e. Job. 16.16. Facies mea intumuit à fletu. &, Nolite fieri sicut hypocrites tristes, exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes.

Facies aliquando conuertitur in aliquem locū men- Intencio. tis intendendæ causa, ne sensus præsentibus vel rebus, vel personis diuertatur à proposito. Sic Ezechias Deum Isai. 38.3 deprecaturus faciem ad murum conuertit.

Ante faciem alicuius aliquid facere publicè, palam & cum contemptu agentium est, s. s. e. Populus, qui Publicitas, Contemptus. ad iracundiam prouocat me, ante faciem meam semper. &, Respondebit arrogantia Israel in facie eius. Ose. 5.5.

Faciem alicuius conspurcare, abominationem & con- Detestatio. temptum, detestationemque significat. vt, Ecce ego proieciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum, stercus solemnitatum vestrarum. Huc pertinet illa sputa in Christi faciem ab improbissimis hominibus coniecta.

Faciem alicuius rogare siue deprecari, reuerentium Obscuratio. obseruantiumque gestus est, & plurimum ei, quem ro- Dignitas. gant, tribuentum, vt scriptum est: Requiesces, & non lob. 11. crit, qui exterreat: & deprecabuntur faciem tuam pluri- mi.

Faciem alicuius videre, gratiam, familiatatem, consuetudinemque indicat, & facilitatem agendi & impetrandi apud eundem, s. s. e. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quod angelii eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. &, Interrogavit sapientes, qui ex more regio, semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges & iura maiorum, Charsena & Sethar, &c. septem duces Persarum atque Medorum, qui videbant faciem regis.

Facie ad faciem aliquid agi, publicè, sine vlo inter- Publicè. medio, aut impedimento agi interpretamur. vt, Ad- fine im- ducam vos in desertum populorum, & iudicabor ibi vo- Eze. 10.24 biscum facie ad faciem.

VULTVS.

VARIA etiam & multiplice forma vultus mutatur, quod & Latinum ipsum indicat homen. Et que variarū animi affectionum index plerumq. certissimus; palli- Mestitia. Timor. Dolor. dus enim vultus mœstitudi, timorem & dolorem pro- dit, s. s. e. Quare vidi omnis viri manum super lumen suum, quasi parturientis, & conuersæ sunt vni- uersæ facies in auruginem.

Vultus obscurus & niger, miseriae & laboris, ve- Miseria. Labor. hemenitique animi turbationis index est, s. s. e. Psalm. 37.8 Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei; Hebraicus sermo nigrum vultum describit. &, A facie eius cruciabantur populi, omnes vultus redigentur in ollam. &, Facies eorum omnium sicut nigredo olla.

Vultus erubescens, & pudor, rubore tingit, s. s. e. Pudor. Egubescens. Et in omni facie, confusio, Hebraicè rubor est.

Mœrens vultus, siue, vt Hebraicè legimus, malus vultus, animi nonnunquā etiam & corporis ægritudinem prodit, s. s. e. Quare vultus tuus tristis est, cùm te ægrotum non videam? non est hoc frustra, sed inanum nescio quod, in corde tuo est. &, Timui valde ac nimis, & dixi regi, Rex in æternum viue, quare non mœrebat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patrum meorum deserta est? Atque ita vultum summi Sacerdotis ex animi dolore cōmutatum fuisse, 1. Mach. 3. in libro Machabæorum legimus. Vultus turbatio ani- mi quoque perturbationem significat, s. s. e. Tunc facies

cies eius commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum.

Vultu etiam iram, indignationemque significamus.
Luc. 6. 10. Sic Christus circumspectis veritatis aduersariis, indignationem ex illorum malitia ostendit.

COLLV M.

Libertas. COLLV M ornatum auro, vel alio monili, ingenuitatatem, libertatem atque placidum vitæ usum indicat.
Ingenuitas. Gen. 41. 42 Sic Iosephi collo torques aurea circumposita est. & Su-
Indie. 5. 30. pellex varia ad ornanda colla congeritur. &, Ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. &, Quicunque scripturam hanc manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo suo.
Daniel. 5. 7.

Libertas. Collum erectum aut extentum, libertatem non nunquam, interdum arrogantiam & insolentiam libertatis, & ingenuitatis emblemam significat. ut, Cucurrit aduersus eum collo eretto. Et pingui ceruice armatus fortitudo. Et pro eo quod est: & in collo eius morabitur fortitudo. Et pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt extento collo.

Servitus. Ex superiori autem ratione colli depresso aut subiecti significatio petitur, quæ seruitutem, oppressionem, fraude animi obedientiam indicat, à iugalibus animantibus siue translata figura, siue sumpto more, s. s. e. *Obedientia.* *Isa. 27. 8.* Quicunque non curuauerit collum suum regi Baby-
Int. 28. 10. lonis, &c. &, Iugum ferreum posui super collum cun-
Thren. 1. 14. Ætarum gentium istarum. &, Iugum iniquitatum mea-
rum in manu eius; conuolutæ sunt, & impositæ collo
Isa. 52. 2. meo. &, Solue vincula colli tui captiuæ filia Sion.

Hoc autem perpetuò significant catenæ, vincula, iuga que collo imposta. ut, In illa die auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo. &, Ecce ego cogito super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra.

Amor. In collum alicui procumbere ad exosculandum, tenera & feruentem charitatem significat, habitusque est vel nimij, ex amata personæ desiderio doloris, vel gaudij magni ex eadem recepti, s. s. e. Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum, stringensq. collum eius exosculas, fleuit. Et cum amplexatus recidisset in collum Biniamin fratris sui, fleuit. &, Magnus autem fletus factus est omnium: Et procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum.

HVMERVS.

Labor. HUMERVS lauis siue attritus, & caput caluum, magnum assiduumque laboris subeundi onus arguit, *Servitus.* *Ezec. 29. 28.* s. s. e. Nabuchodonosor rex Babylonis fecit seruire exercitum suum seruitute magna: omne caput decalatum est, & omnis humerus depilatus. Humeris enim onera accipiuntur ab hominibus, s. s. e. Et numeravit septuaginta millia virorum portantium humeris. Et humero imponimus ea, quæ chara nobis sunt, & nostra cura ferenda suscipimus, ut bonus ille pastor ouem.

Significat autem obedientiam, & imperij obsequium, *Iob. 31. 36.* humerus onus baiulans aut personam. ut, In humero meo portem illum, &c. Et seruient ei omnes humero *Deterratio vno.* Humertis recedens detrectantis imperium, impediens. *Neh. 9. 29.* onusque auersantis habitus est, s. s. e. Et dederunt *Zach. 11.* humerum recedente, & ceruicem suam induauerunt. Humero quoque inniti obnitiq. solemus, idq. significat humeri mentio in sacris, s. s. e. Pro eo, quod humeris impingebaris, &c. Sic etiam apud Zachariam Hebraice legimus. Et dederunt humerum recedente. Et victoriæ, debellationem atque dissipationem eiusmodi orationes significant, Aperiam humerum Moab. & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum.

BRACHIA.

Potentia. BRACHIVM extensum vel eleuatum potentiam & facultatem ad rem gerendam conficiendamque significat: estque victorum & triumphantium habitus, *Triumphus.* *Exod. 6. 6.* Redimam vos in brachio excelso. &, Per pugnam & robustam manum, extensemque brachium. Et in

signis & in portentis & in manu robusta, & brachio extento. Brachium roborare vel confortare, est sese strenuum præbere ad opus faciendum, s. s. e. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachiū suum.

Brachium sigillatum memoriam, recordationemque indelebilem indicat, s. s. e. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.

CVBITVS.

IN cubitum recumbere, est immorantium, & familiariter secureque agentium, s. s. e. Cum aliena muliere ne sedes omnino, nec accumbas cum ea super cubitum.

PECTVS.

PECTVS ciliciis indutum in muliere, luctum significat & misericordiam arguit. est enim calamitosarum habitus eiusmodi, s. s. e. Accinctæque mulieres ciliciis peccatus, per plateas confluebant.

Pectoris percussio lamentantium gestus est, & misericordiam profitentium, aut calamitatem, vel propriam, vel alienam dolentium, s. s. e. Et omnis turba eorum, qui simul aderant, ad spectaculum istud, & videbant, quæ siebant, percutientes capita sua reuerterebantur.

Supplicum etiam gestus est, pectoris percussio. Sic enim Publicanus à longè stans, percutiebat pectus suum.

MANVS.

MEMBRORVM omnium totius humani corporis manus ut habilissima & in omnem partem motu facillima; ita etiam & multiplicitis habitus artifex, & variæ significationis est index. Sunt autem binæ manus dextra & sinistra, interdum altera, interdum etiam utraque, & motum & habitum efficit, quorum praecipuas formas indicabimus.

Manus altera sublata & eretta, vel extensa, vim & robur potentiamque indicat. ut, Exurge Domine Deus, & exalte manus tua. &, Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. Et extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem, & disperdam homines à facie terræ, dicit Dominus Deus. Et in his omnibus, non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die.

Manus etiæ altera, videlicet dextra, eleuatur, ad iumentum, s. s. e. Leuo manum meam ad Dominum Deum cœli & terræ. &, Idcirco hæc dicit Dominus, Ego leuavi manum meam ad gentes, quæ in circuitu vestro sunt, ut ipsæ confusionem suam portent. &, Auditio diuini virū, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum eleuasset dextram & sinistram suam in cælum, & iurasset per viuentem in æternum.

Manus arcu impleta, certam iaculandi facultatem & peritiam indicat, s. s. e. Quoniam extendi mihi lucam, quasi arcum impleui Ephraim.

Manum in aliquem extendere vel mittere, ad ferientis habitum refertur & ad res diripiendas, s. s. e. Sed extende paulum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet. Et manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.

Manus extenta pacificatoris & silentium indicentis habitus est. Sic Alexander manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. Et Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem, & magno silentio facto allocutus est lingua Hebræa, dicens, &c. Et idem extenta manu defensionem suam, coram Agrippa regre exorsus est. &, Vocavi & non audistis, & extendi manum meam, & non erat qui aspiceret. &, Supra montem exaltate vocem, & leuate manum, & ingrediantur portas duces. Manus ori admota habitus est tacetis, & modestè agctis, admirantis etiæ, secundumque reputantis, admiratio. Cogitatio. s. s. e.

Prov. 30. 33. S. S. E. Si enim intellexisset ori suo imposuisset manum.
Iob. 21. 3. &, Attendite me, & obstupescite, & superponite digi-
Iob. 29. 9. tum ori vestro, Hebraicè, manum. &, Principes cefla-
 bant loqui.

Obseruantia. Est etiam obseruantia erga alium, habitus & cultus
Cultus. signum, s. s. e. Et lætatum est in abscondito cor meum,
Iob. 31. 27. & osculatus sum manum meam ore meo.

Indicatio. Manum extendere ad indicandam & probandam,
Affueratio. confirmandamque sententiam aut personam, s. s. e.

Matt. 12. 40. Et extendens manum in discipulos suos dixit, Ecce
 mater mea, & fratres mei.

Fœdus. Manum dare, habitus est fœdus & societatem fir-
Societas. mantis cum alio, aut se in alterius potestatem de-
Deditio. dentis, s. s. e. Ægypto dedimus manum, & Assyriis,
Thren. 5. 6. vt saturaremur pane. &, Spreuerat enim iuramentum,
Ezecl. 17. 18. vt solueret fœdus &, Ecce dedit manum. &, Clamate
Ierem. 50. 15. aduersus eam, vbiq[ue] dedit manum suam.

Exhortatio. Manum alterius apprehendere, admonentis, hor-
Animatio. tantis, & robur addentis est, s. s. e. Hæc enim ait Do-
Isaï. 8. 11. minus ad me, Sicut in manu forti erudiuit me.

Auxilium. Aliquando habitus est auxilium ferentis. vt, Non
Isaï. 51. 18. est qui apprehendat manū eius, ex omnibus filiis, quos
Deductio. nutriuit. Est etiam deducendum habitus: In quo
Isaï. 41. 9. apprehendi te ab extremis terræ.

Renuere. Manum dextram retrò vertere, eius est, qui implor-
Threm. 2. 3. ratum auxilium negat, s. s. e. Auertit retrorsum dex-
 tram suam à facie inimici.

Auxilium. Manus porrectio auxilium, opemque significat.
Opitulatio. Sic Petrus, vt Tabitam erigat, manum porrigit. & le-
Aétor. 9. sus in mari manum extendens, apprehendit Petrum.

Oratio. Manus in altum sublatæ, orantis & miseriam suam
Psalm. 27. 2. profitentis habitus est, s. s. e. Dum oro ad te, dum ex-
Psalm. 76. 2. tollo manus meas ad templum sanctum tuum. &, In
 die tribulationis meæ, Deum exquisiui manibus meis
Psalm. 87. 10. nocte, contra eum, & non sum deceptus. &, Clamaui
Threm. 1. 77. ad te Domine tota die, expandi ad te manus meas. &,
 Expandit Sion manus suas; non est qui cōsoletur eam.

Munerum. Manus porrigerere, munera offerentiū habitum adno-
oblatio. blamus esse. vt, Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Oblatio. Manus implere, est initiari ad munera & sacrificia
1. Par. 29. 5. offerenda. vt, Si quis sponte offert, impletat manus
 suam hodie.

Innocētia. Manus sibi lauare, innocentiam & puritatem atque
Psalm. 72. 13. alienationem à malo vel opere, vel consilio profitentis
 habitus est, s. s. e. Ergo sine causa iustificauit cor meū;
 & laui inter innocentes manus meas. Et Pilatus postlu-
 lata aqua, lauit manus coram populo.

Gratulatio. Manus tolluntur etiam ad publicam gratulationem
Nehe. 8. 6. Deo præstandam, atque ad laudem, s. s. e. Et respon-
 dit omnis populus, Amen, amen, eleuans manus suas.

Neglectio. Manus in sinu tenere, otiosi, negligentisque habitus
Otium. est, s. s. e. Vt quid auertis manum tuam & dextram
Remissio. tuam de medio sinu tuo in finem?

Negligentia. Prætereà manus remissæ, negligentiam aut mœsti-
Ecclesi. 2. 14. tiam magnam arguit. Sic Græcè apud Ecclesiasticum,
 manus remissæ dicuntur. i. negligentes sancta opera. &,
Hebr. 12. 12. Propter quod remissas manus & soluta genua erige.

Gratulatio. Manus plaudere, irridentum, insultantium, ex-
Explosio. plodentiumque est. vt, Omnes, qui audierunt auditio-
Neh. 3. nem tuam, compresserunt manum suam super te,
Threm. 2. 15. quia super quem non transiuit malitia tua? &, Plause-
 runt super te manibus, omnes transeuntes per viam.

Iusurandū. Manum sub femore Abrahæ posuit famulus, anti-
Genes. 24. quo & arcano iurisiurandi ritu. sed erat iuramentum
 cum execratione & imprecatione violantis.

Spes. Manuum fortificatio, animum, spem certique au-
Animatio. xilij & salutis exspectationem significat, s. s. e. Con-
 fortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus ser-
 mones Prophetarum.

Studium. Manu tangere rem vel personam, studium & volun-
Voluntas. tatem ad rem efficiendam indicat, s. s. e. Et misertus
Matt. 20. 34. Iesus, tetigit oculos eorum, & confessim viderunt. Et
 extendens Iesus manū, tetigit eū, dicens, Volo, mūdare.

Manus impositæ aliis potestatem superiorem signifi-
 cat communicatam ei, cui manus imponuntur; & offi-
 ciij, muneriis ac vicis traditione atque auctoritatis etiam
 dignitatisque concessionem. Sic Christus eleuatis siue
 extensis manibus benedixit Apostolis. Sic ministerij
 concessio Paulo, & Barnabæ ostensa est; namque ieun-
 nantes & orantes imponentesque eis manus, dimiserunt
 illos. Et moneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in
 te, per impositionem manuum mearum. Quod de
 manuum impositione ab Apostolis facta, ad confirmationis
 sacramentū, in Actis legimus, aliâs explicabimus,
 nam maioris est operis, & ad Sacraenta pertinet.

Victimis mactandis manus, ij qui sacrificabant, im-
 ponere solebant, eo habitu suorum ipsorum reatum
 professi, & debiti exsolutionem, atq[ue] vices victimis ipsis
 expiationis causa tradentes, magna arcani mysterij de
 Christo significacione.

Manus etiam imponuntur alicui vel sanado, vel libe-
 rando, ad indicandā voluntatem & intentionem certā,
 efficacitatemque cum ipso exitu conuenientem, s. s. e. *Actor. 12. 1.*
 Contigit autem patrem Publij febris & dysenteria
 vexatum iacere; ad quem Paulus intravit: & cum oras-
 set, & imposuisset ei manus, saluavit eum.

Prætereà, in benedictione atque felici imprecatio-
 ne manus imponebantur: estque intentionis & attentionis
 habitus. Sic Christus manus pueris imponebat. *Matt. 3.*
 Et Apostolis manus imponentibus, descendit Spiritus *Acto. 8.*
 sanctus in Samaritanos.

Manus sublatæ habitum eius, qui rem aliquam vo-
 lens suscipit, indicant, s. s. e. Et leuavi manus meas *Psal. 112.*
 ad mandata tua, quæ dilexi. Et tota die expandi manus *Psal. 65. 2.*
 meas ad populū incredulū, qui graditur in via nō bona.

Manus expansæ petentis & rogantis habitum indi-
 cant, s. s. e. Expandi manus meas ad te: anima mea *Psal. 141. 6.*
 sicut terra sine aqua tibi. Et cum extenderitis manus *Isaï. 1. 15.*
 vestras, auertam oculos meos à vobis. Nonnunquam *Milecia.*
 miseri auxilium implorantis. vt, Vox filiæ Sion inter *Ierem. 4. 3.*
 morientes expandentesque manus suas.

Manuum concusio, complosio miserorum & plan-
 gentium est. Manuum plausus, approbationis & laudis *Plausus.*
 significationem fert, s. s. e. Feceruntque eum regem, *4. Reg. 11.*
 & vnxerunt; & plaudentes manibus, dixerunt, Viuat *Isaï. 55. 13.*
 rex. &, Omnia ligna regionis plaudent manu.

Manus remissæ timorem, consternationem, & ani-
 mi deiectionem significant, s. s. e. Propter hoc omnes *Timor.*
 manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet. *Pauor.*
 Et omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent *Isaï. 13. 6.*
 aquis. &, Dissoluta est Damascus, versa est in fugam. &, *Ezech. 7. 16.*
 Noli timere filia Sion, non dissoluantur manus tuæ. *Iete. 49. 24.*

Manus super lumbis dolorem arguunt impoten-
 tem, qualem parturientes ferunt. vt, Quare ergo vidi *Sophio. 3. 17.*
 omnis viri manū, super lumbos suos, quali parturientis.

Idem etiam manus super caput, significant, dolorem *Dolor gra-*
 videlicet, & mœrorem animique impatientiam, s. s. e. *uissimus.*
 Manus tuae erunt super caput tuum, quoniam obtrivit *animi.* *Ierem. 2. 37.*
 Dominus confidentiam tuam.

Manuum propriarum commissio & complicatio, aut *Pigritia.*
 complexus brachiorum ad pigrorum, desidum, & stul-
 torum notas indicandas facit, s. s. e. Stultus compli- *Defidia.*
 cat manus suas, & comedit carnes suas, dicens, &c. *Ecclesi. 4. 5.*

Manus concisæ & inscalptæ, vnguisque laceratae, *Calamitas.*
 luctus & calamitatis planetum produnt, s. s. e. Omnis *Luctus.*
 barba rasa erit, & in cunctis manibus colligatio (*He-*Ite. 48. 37.**
 braicè, incisio.) Illud verò, quod scriptum est, Læua *Amoris au-*
 eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me, *xilium.*
 amatis & charę personæ luguori succurrētis habitus est. *Cant. 2. 6.*

Palmarum alterius tangere, habitus est fidem mutuam *Conuenit.*
 sibi dantum, feedere, aut alio pacto conuenientium, *Pactio.*
 s. s. e. Noli esse cum iis, qui defigunt manus suas (*He-*Fidei iusfo.**
 braicè, palmas tangunt.) *Pron. 22. 26.*

Palmarum in sublime expansio, habitus est eorum, *Oratio.*
 qui petentes orant Deum, s. s. e. Cùm egressus fuerit, *Petitio.*
 extendam manus meas ad Dominum, & cessabunt to- *Exod. 9. 29.*
 nitrua,

nitrua, & grando non erit. Multa exempla Hebraicè sunt, in quibus palmarum mentio fit, ab interpretibus Latinis manuum nomine redditæ.

Ponctio. Subleuatio. Pro. 31.20
Palmas etiam extēdere, eorum est, qui alienam inopiam subleuant, s. s. e. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperes.

DIGITVS.

Silencium. Ind. 18.19. Iob. 29.9.
que significat, s. s. e. Tace, pone digitum super os tuū. &, Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.

Malitia. Stultitia. Prov. 6.13. Iob. 5.8.9.
rum nota est, s. s. e. Homo apostata vir inutilis est, terit pede & digito loquitur. Et, Si desieris exerere digitum & loqui, quod non prodest.

Opera. Auxilium. Matt. 13.4. Lm. 16.24.
Digitum rem aliquam attingere, vel operam quamvis minimam adhibentium habitus est, s. s. e. Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem suo nolunt ea mouere. &, Vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refri-

geret linguam meam.

Attentio. Intentio. Matth. 7.33. Iob. 8.6.
Est etiā attendentis & vltro volentis rem facere: Sic Christus digitos suos in auriculam eius immisit, quem sanari volebat. Idem digito scribatur in terram, veluti intentus ad aliud agendum; & à proposita sibi qua-

stione animum auertens illorum furoris sedandi causā. Est etiam digitorum immisso in rem aliquam, examinationis & argumenti genus aperti, quasi manuum contrectatione res probetur, s. s. e. Nisi video in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, non credam. &, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas.

DEXTRA.

Societas. Communi- catio. Gal. 2.9.
I. Math. 6.5.
Victoria. Potentia. Psal. 88.14.
Dedicio. 2. Math. 13. vel deditis pacifcentium, s. s. e. Et clamauerunt ad Simonem, vt dexteras acciperet.

Dexteræ exaltatio, habitus est præualentis & victoris, s. s. e. Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.

Dexteras accipere victorum est, salutem cum victis ipsi secundum auctoritatis locum tenet qua homo est: nam Deus, aliam disputationem hic locus postulat sublimiorem.

Dignitas secunda. Proxima summi dignitas. Lue. 22.20. Col. 3.1.
Man. 10.21.
Ad dexteram Dei Christus sedes, & proximū patri ipsi secundum auctoritatis locum tenet qua homo est: nam Deus, aliam disputationem hic locus postulat sublimiorem.

Ad dexteram & ad sinistram sedere alicui, proximos dignitatis & auctoritatis gradus obtinentium situs est, s. s. e. Dic vt duo filij mei sedeant, vñus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram tuam, in regno tuo.

SINISTRA.

Firmitudo. Ind. 5.25. Iob. 7.20. Pro. 3.16. Zech. 10.2. Eze. 39.3. Apoc. 10.2.
Sinistra firmitudinem significat, ideoque eius usus ad firmandum retinendumque est aptior, s. s. e. Sinistram suam misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos. &, Tenuerunt sinistris manibus lampades, & dexteris sonantes, &c. Et longitudo dierum in dextera eius, & sinistra eius diuinitas & gloria. &, Cor stulti in sinistra illius. Et dormire super latus sinistrum iubetur Ezechiel, ad durationem & cordis immobilitatem significandam. Denique arcus & clypeus & eiusmodi, quæ firmitudine magis quam dexteritate & agilitate indigent, ad usum sui, sinistra tenentur manus. S. s. e. Percutiam arcum tuum in manu sinistra tua. Et hoc pertinet illud, quod in Apocalypsi legimus, Angelum habuisse dexterum pedem in mari, & sinistrum in terra.

TERGV M.

Fuga. Terga vertere in bello, fugam arguit, eamque

turpem, s. s. e. Itaque rex Sodomorum & rex Go- Gen. 14.10. morrhæ terga verterunt. Et cunctorum inimicorum Exod. 14.27. tuorum contra te terga vertam.

Post tergum alicuius ire, obsequij periphrasis est; eu Obsequiū. enim ordinem famuli dominum, vel ducti ductorem 1. Reg. 1.2. ponē sequentes obseruant, s. s. e. Nolite recedere à ter- 20. go Domini. &, Præcedite me, ecce post tergum sequare 1. Reg. 1.5. vos. Et auersi fuimus ne iremus post tergum Dei nostri. Iai. 59.13. &, Qui auertunt deposit tergum Domini. &, Auris Soph. 1.6. tua audiet verbum post tergum monentis. Iai. 30.21.

Post tergum alicuius clamare, ipsum recedentem Reuocatio. sequi & reuocare est. vt, Surrexit autem David post 1. Reg. 24. eum, & egressus de spelunca clamauit post tergum Saul. &, Cumque illa pergeret, vt adferret, clamauit 3. Reg. 17. post tergum eius.

Post tergum aliquid projice, negligentiæ, contem- Negligentia. ptus aut minoris estimationis indicium & consilium Oblitio. Contemptus. arguit, s. s. e. Proiecisti post tergum tuum omnia pec- Iai. 3.17. cata mea. &, Verterunt ad me tergum; & non faciem. Iere. 32.33.

DORSVM.

Dorsum onera accipiuntur, idè calamitatum, Grauis seruitutis & grauissimæ conditionis usus huiusmodi orationibus indicantur; Posuisti tribulationes in dorso nostro. Et dorsum eorum semper incurua. &, Diuertit ab oneribus dorsum eius. &, Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. &, Virga in dorso eius, qui indiget corde. &, Virga in dorso imprudentium. &, Con- Prover. 26.3. teram virgam eius de dorso tuo. Ad hanc rationem illud pertinet; Super dorsum cilicum: hic enim habi- Nab. 1.13. tuts mœstorum & calamitosorum est. Ier. 48.37.

Dorsum etiam præbere, idem quod terga vertere, Fuga. Celsio. aut cedere victori plagas inferenti est, s. s. e. Percu- Dent. 33.12. te dorsa inimicorum eius. Et inimicos meos dedisti Psal. 17.42. mihi dorsum. &, Quohiam pones eos dorsum in re- Psal. 20.17. liquis tuis.

Est autem in dorso maxima totius corporis roboris Vis. pars, s. s. e. Minimus digitus meus grossior est dorso Robur. 3. Reg. 1.2. patris mei. IO.

LVMBI.

In lumbis virtus virilitasq. est, quæ omnibus membris totius corporis communicata efficacitatem addit, Strenguitas. Prompti- s. s. e. Fortitudo eius in lumbis eius. Igitur lumbi ac- tudo. Iob. 40.12. cincti vel succincti, habitum præferunt strenui, ad rem gerendam parati & prompti, s. s. e. Accinge lumbos tuos, & tolle baculum in manu tua, & vade. &, Accin- 4. Reg. 4.29. ge lumbos tuos, & tolle lenticulam hanc olei in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. &, Accinge sicut vir 4. Reg. 9.1. lumbos tuos, & interrogabo te, & responde mihi. &, Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, loquere ad eos Ierem. 1.17. omnia quæ præcipio tibi. Et erit iustitia cingulum lum- Iai. 11.5. borum eius. &, Sint lumbi vestri præcincti. Et multa Lue. 11.31. alia huius significationis exempla.

Contra vero lumbi dissoluti, dolentes, confracti, Infirmi- curati, infirmitudinem, doloris impotentiam, debili- tatemque magnam arguunt, s. s. e. Quoniam lumbi Dolor. Languor. mei impleti sunt illusionibus, non est sanitas in carne Iai. 21.3. mea. &, Repleti sunt lumbi mei doloribus. &, Quare Ierem. 30.6. ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum? Et Iob. 16.15. conuulserunt lumbos meos.

Saccus circa lumbos, ad mœstorum, calamitosorum, Mœstia. dolentium aut pœnitentium, & supplicum habitum Calamitas. refertur, s. s. e. Ponamus itaque saccos in lumbis no- Suppli- stris; & funiculus in capitibus nostris, & egrediamur ad 3. Reg. 20. regem Israel. &, Accinge lumbos vestros. Atque Iai. 32.11. eiusmodi illi erant, qui apud prophanos historicos habitus supplices dicuntur.

CRVRA.

Crvra foeminarum vestibus diductis altiusque præcinctis nuda, migrandi longiusque peregrinandi co- Migratio. gitationem indicant, s. s. e. Reuela crura tua, transi flu- Iai. 47.2. mina virgo filia Babylon.

F O E M V R .

F O E M V R siue coxam ferire, eorum est, qui se deceptos, aut aliás errantes agnoscunt, s. s. e. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam; & postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum. Sic & apud Eze. 21. 19 Ezechielem.

G E N V A .

R euerentia. G E N V V M curuatio siue flexio, obedientia, obse-
Subiectio. quij & reuerentia habitus est, s. s. e. Viuo ego, dicit
Rom. 14. 11. Dominus, quod mihi flectetur omne genu. &, In no-
mine Iesu omne genu flectatur cælestium, &c. Est etiā
orantium, supplicantium & adorantium habitus; siue
eiusmodi actiones ad diuinum cultum, siue ad exhibi-
Adoratio. tam homini alicui præstanti reuerentiam referantur,
Supplicatio.
Oratio. s. s. e. Surrexit Salomon à conspectu altaris Domini.
3. Reg. 8. 54 vtrumque enim genu in terram fixerat. Et cūm ve-
4. Reg. 1. 13 nisset, curuauit genua cōtra Eliam, & precatus est eum,
2. Efd. 9. 5. & ait, &c. Et curuauit genua mea ad Dominum Deum
3. Reg. 19. meum. &, Relinquam mihi septem millia, quorum ge-
18. nua non sunt curuata ante Baal.

Deprecatio. Est & alias habitus eorum, qui supplices, aut aliás
precabundi ad aliquem accedunt, qui misericordia
concitandæ causa, genua eius quem adeunt, comple-
tuntur, s. s. e. Quod cūm vidisset Petrus, procidit ad
Iuc. 3. 22. genua Iesu, dicens: &c. Et illud, Super genua blan-
Isai. 66. 12. dientur vobis.

Vis. Genua autem robur crurum, & ad cursum atque
Robur. incessum habilitatem maximam continent, atque ad
Dani. 10. 10. erectionem iacentis corporis, s. s. e. Et erexit me super
Infirmi- genua mea. Quam ob rem genuum dissolutio aut tre-
tudo. mor debilitatis & infirmitatis indicium est, s. s. e. Ge-
Debilis. nua mea infirmata sunt à ieunio. Et omnia genua
Psal. 108. fluent aquis. Et per cuncta genua fluent aquæ. Et genua
2. 4. eius ad inuicem collidebantur. Et confortate manus
Ezec. 7. 17. dissolutas, & genua debilia roborate. &, Vacillantes con-
Dan. 5. 6. firmauerunt sermones tui, & genua trementia confor-
Isai. 3. 5. 3. tasti.

P E D E S .

Recreatio. P E D V M lotio ad recreationem & mūditiam atq. laboris remissionem facit, ideoque inter honestas deli-
Gen. 18. 4. tias atque inter hospitalia officia ponitur, s. s. e. Adfe-
rāram pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & re-
Gen. 43. 2. quiescite sub arbore. Et introductis domum, attulit
aquam, & lauerunt pedes suos.

Horridus cultus. Coñtrà verò pedes illoti, horrorem & asperitatem
2. Reg. 19. cultus & vitæ ex mœrore aliquo arguit, s. s. e. Mephis-
2. 5. bethique filius Saul descendit in occursum regis illo-
Thren. 1. 9. tis pedibus, & intonsa barba. &, Sordes eius in pedi-
Iter 10gum bus eius. Pes nudus longum iter indicat factum,
Iter. 2. 24. quio calcei detriti sunt: estq; vna, ex incommodita-
Insultatio. tibus, quæ peregrè proficiscentibus accident, s. s. e. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti.

Iratio. Pede percutiunt irrisores & insultantes alienis cala-
Ezec. 25. 6. mitibus, s. s. e. Pro eo quod plausisti manu, & per-
Psal. 6. 11. cussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terram
Israel. &, Homo apostata, vir inutilis, graditur ore per-
uerso, terit pede, &c.

Constantia Pede constans vel rectus, certum, constans & rectum
Psal. 25. 12 studium propositumque indicat, s. s. e. Pes meus ste-
Psal. 55. 14 tit in directo. &, Eripuit oculos meos à lachrymis, &
Efd. 4. 17 pedes meos à lapsu. &, Custodi pedem tuum ingre-
diens domum Dei.

Inconstan- Contra verò, pedes moti, inconstantis & titubantis
titubatio. habitus cūm sint, sententiæ mutationem aut dubitatio-
nem metumque arguunt, in arcana significatione, s. s. e.
Psal. 72. 2. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gres-
Psal. 37. 17 fusi mei. &, Dum commouentur pedes mei, super me
Psal. 93. 18 magna locuti sunt. &, Non det in commotionem pe-
Jere. 14. 16 cordia tua adiuabit me. &, Hæc dixit Dominus po-
pulo huic, Qui dilexit mouere pedes suos, & non quie-
Temeritas. uit. Pedum festinatio temeritatem arguit, & in-
consultam actionem eorum, qui affectus suos impoten-

ter sequuntur, s. s. e. Veloces pedes eorum ad effun-
dendum sanguinem. &, Cor machinans cogitationes
pessimas, pedes veloces ad currēdū in malum. &, Qui
festinus est pedibus, offendet. &, Garrula & vaga quietis
impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis.
&, Ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

Pedes in compedibus illigati, captiuitatem, seruitu-
temq; atque integrum subiectionem significant, s. s. e. Iniice pedem tuum in compedes illius, & in tortquem
illius collum tuum.

Aliquando compes in pedibus, impedimentum &
laborem durum difficultatemque significat, s. s. e. Compes in pedibus stulto doctrina.

Ad pedes alterius prouoli, adorantis & supplican-
tis habitus est, s. s. e. Nec his contenta procidit ad pe-
des regis, fleuitque, &c. Et venit quidam de Archis-
nagogis nomine Iairus; & videns eum, procidit ad pe-
des eius. &, Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes
eius, & adorauerunt eum.

Calcanum magnificare, est insolenter aduersus al-
terum agere, vel insultare. vt, Qui edebat panes meos,
magnificauit super me supplationem.

C O R .

C O R durum pertinaces, audaces, impudentesque
efficit, s. s. e. Domus Israel nolunt audire te, quia no-
lunt audire me; omnis quippe domus Israel attrita
fronte est & duro corde.

Cor latum vel dilatum, patientiam, tolerantiam,
& magnanimitatem indicat, s. s. e. Exaltatio oculo-
rum est dilatatio cordis. Cor verò conquassatum
vel languens, timoris subiti aut inexpectati, & impro-
uisi periculi est index, s. s. e. Et hæc audientes pertimui-
mus, & elanguit cor nostrum, nec remansit sp̄ritus in
nobis, ad introitum vestrum.

Cor ardens, vel incitatum, conscientiam, cogitatio-
nem intentam, & quandam velut diuinationem, &
agnitionem spontaneam significat. vt, Nónne cor no-
strum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in
via, &c.

C A R O , P E L L I S .

C A R O & pellis consumpta aut attenuata, infirmi-
tudinem atq; imbecillitatem maximā significat, s. s. e. Miseria.
Vetustam fecit pelle meam & carnem meam, con-
truit ossa mea.

Carnem propriam comedere, & sanguinem suum
bibere, extremæ oppressionis & egestatis, atque affli-
ctissimarum rerum est argumentum, s. s. e. Et cibabo
hostes tuos carnibus suis, & quasi multo sanguine suo
inebriabuntur. Carnibus alienis vesci, extremæ
& crudelissimæ vltionis aut etiam inuidiae est, s. s. e. Inuidia.
Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de car-
nibus eius, vt satureremur?

P R A E C O R D I A , V I S C E R A .

V I S C E R A magna, eademque commota, miseri-
cordiae maximæ significationem ostendunt, s. s. e. Vbi
est zelus tuus, & fortitudo tua? multitudo viscerum
tuorum, & miserationum tuarum super me continue-
runt se. Præcordiorum commotio & tentatio gra-
uis, dolorem, perturbationemque arguit, s. s. e. Ven-
tum meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei
perturbati sunt in me. &, Interiora mea efferuerunt,
absque villa requie, præuenierunt me dies afflictionis.

O S S A .

O S S I V M tremor, & cordis commotio animi do-
lore, indignationemque vehementem prodit, s. s. e. Indignatio
Contritum est cor meum, contremuerunt omnia ossa
mea, factus sum quasi vir ebrios; & quasi homo ma-
didus à vino, &c.

C O L O R .

I N colore etiam totius corporis, maximè autem Affectus
vultus varia, nec obscura significatio est. Pallor enim animi
timorem

timorem, albedo perturbationem, subitamque pudefactionem; rubor verecundiam indicat, s.s.e. Non modò cōfundetur Iacob, nec modò vultus eius erubescet. De hoc autem genere multa in capite de Vultu & facie indicata sunt.

SANGVIS.

SANGVIS occultus homicidium inultum ac impunitum significat, s.s.e. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniuriam habitatoris terræ contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos.

Sanguis inundans stragam magnam, s.s.e. Tabescunt montes à sanguine eorum.

Sanguine perfusus vir stragam à se editam, victoriāque sibi partam indicat, s.s.e. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? &c.

Homicidium impunitum
I. 6. 21.

Strages.
I. 34. 3

Victoria.
I. 63. 1.

TOTIVS CORPORIS HA-

BITVS ET SITVS.

HACTENVS corporis partiū habitus & gestus indicati sunt, nunc deinceps corpus ipsum, quot modis habere contingat, quidque singuli habitus atque situs significant, docebimus.

Crassitudo & obesitas, arrogantiam & stultitiam efficit, quarum impudentia comes est, s.s.e. Operuit facie eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet.

IACERE, PROCUMBERE,
PROCIDERE.

IACERE in terra super dextrum præsertim latus, micerorem impotentem atque animi grauem deiectionem significat, s.s.e. Effusum est in terra iecur meum, super contritionem filiæ populi mei. &, Iacebimus in cōfusione nostra: & accipiet nos ignominia nostra, quoniam Domino peccauimus.

Est etiam imbellium, lassorum, victorumque situs, s.s.e. Filii tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum. Ita etiam illud., Posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

Iacere in puluere, desolatum esse & deiectum significat, s.s.e. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem.

Iacere super faciem in sacco, pœnitentium & supplcum habitus est, s.s.e. Et ceciderunt tam ipsi, quam maiores natu proni in terram vestiti ciliciis.

Reuerentia Adoratio. Postulatio. Gratianum agio. Matt. 20. 20. Procubitus in terram, magna reuerentia adoratio nisique habitus est: item studiosissimi & magna cum propositi pertinacia postulantis, præterea gratias agentis acceptumque beneficium agnoscens, s.s.e. Tunc accessit mater filiorum Zebedæi, adorans & petens aliquid ab eo. &, Christus procidit in faciem suam orans. Et mulieres procumbentes Christique pedes complexæ adorabant. Et Iosaphat & Iuda, & omnes habitatores Ierusalem ceciderunt in terram coram Domino, & adorauerunt. Et cum finita esset oblatio, incurvatus est rex Ezechias, & omnes qui erant cum eo, & adorauerunt. Et Magi procubentes adorauerunt Jesum. &, Leprosus sanatus gratias agens, cecidit ad pedes Iesu. Et Cornelius procidens ad pedes Petri adoravit.

Reuerentia Metus. Psal. 71. 9. Abo. 16. 29. I. 49. 23. Procubitus non solum reuerentia, sed religiosi timoris index, s.s.e. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent. &, Cum perdidisset lumen, tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes. Et vultu in terram demissò adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent.

Huiusmodi etiam habitus est dolentium, calamitatemque deprecantium, s.s.e. Sic ergo orante Esdra, & implorante Deum, & flente & iacente ante templum Dei, &c. Et sciderunt vestimenta sua, & planixerunt planu magno, & imposuerunt cinereum super caput suum: & ceciderunt in faciem super terram. Et Sacerdotes ante altare, cum stolis sacerdotaliibus iustra-

uerunt se, & inuocabant de cælo eum, qui de depositis legem posuit. Paulus in ituenem præcipitem datum procedit habitu orantis, studiosissimeque contendens apud Deum, de restitutione illius.

Aliquando cubare indignationem impotentem arquit: Sic enim Achab indignatus cubuit auersa facie.

Recumbere coniuuarum situs est; olim enim leatis ad mensam stratis, recumbebant, s.s.e. Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare.

INCLINARI.

INCLINATIO erga aliquem ministerij humilimini & obsequiosi valde significationem habet, s.s.e. Cuius ego non sum dignus, vt procumbens foluam corrigiam calceamentorum eius.

Caput etiam in terram demittebat mulieres viis angelis, pauore videlicet consternatae.

Oratio rea
homen &
affectionis.
Act. 19.

Indigna-
tio.
3. Reg. 21. 3

Cōuiuum
Amos. 2. 8

Ministerij.

Servitus.

Mate. 1. 7

Ministerij.

Pauor.

Luc. 24. 5

GENV FLEXIO.

GENIBVS flexis & palmis ad cælum sublatis orat Salomon, & petit. Et Daniel tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat.

Curuare genua, & facies in terram demittere, adorantum, & tremendum diuinam maiestatem habitus esse obseruatur, populo adorante Deum, cuius præstiam ignis descendens indicabit.

STARE.

STARE in templis aut aliâs ante Deum, habitus est orantium & postulantum oratione: Sic enim & Sacerdotes statim orabant, & populus Sacerdotibus adstat bat eodem orandi studio affectus. Est etiam laudes diuinæ celebrantium. horum generum exempla illa sunt; Sacerdotes autem stabant in officiis suis, & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit David rex ad laudandum Dominum, cunctusque Israel stabat. Et omnis Iuda stabat coram Domino cum parvulis, vxoribus & liberis suis. Et Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt.

Atque idem habitus erat eorum, qui vel exponendæ legi vel concionibus audiendis intererant. Sic Petrus verba facturus, in medio fratrum stetit. Et dixerunt Leuitæ, Surgite & benedicite Domino Deo vestro. Et conuerit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudiñ Israel, nam omnis turba stabat intenta.

Est etiam habitus curantis rem aliquam agendam, operisq. instantis, s.s.e. Vidi Dominum stantem super altare, & dixit, Percute cardinem, &c. &c. Tu ergo furge, loquere ad eos omnia, quæ præcipio tibi. &, Surgens princeps Sacerdotum, ait illi, Nihil respondes? &c.

Affurgere alicui honoris causa contingit, s.s.e. Videlicet debant me iuuenes, & abscondebantur, & senes affurgentes stabant. Stare ante Deum in consilio, ministrorum habitus est, cuiusmodi prophetæ sunt, s.s.e. Si stetissent in cōsilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo. Et de his, qui nunc hic assistunt, id est, ministrant.

Illud verò, quod apud Habacuq legimus; Super cū studiam meam stabo, & figam gradum super munitionem meam, &c. ad id habituum genus refertur, qui magno studio, non sine difficulti labore, magna demum animi contentione, & graui proposito suscipiuntur, à sanctis viris rei postulatae impetranda causa. Ait enim Prophetæ sibi loco & difficulti habitu non moueri decretum fuisse, quoad de grauissima quaſtione certum diuinitus redderetur responsum.

Præterea stare coram aliquo, habitus est verba facientis, s.s.e. Illaque consurgens stetit coram eo, & ait, &c.

Auditio.
Act. 1.

2. Paral. 6. 2

Instantia.
Studium.

Amos. 9.

Iacob. 1. 18.

Matt. 26. 62

Honor.

Reuerentia

Iob 29. 8.

Ministerij.

Confilium.

Iacob. 2. 22

Zacharia. 3. 7.

Matt. 26. 62

Contentio.

Hab. 2. 1.

Studium.

Securitas.

I. 33. 16

SEDERE.

SEDENTIVM habitus varia indicat: quorum interpretatio tum ex locis, vbi sedetur; tum ex aliis adiunctis petitur. Sedere enim in excelsô, quiete & securitate

Isai. 33. 16. tatem significat, s. s. e. Iste in excelsis sedebit, munimenta laxorum sublimitas eius.

Mōrōt. Calamitas. Rursum verò, sedere in terra vel puluere, situs est

Isai. 3. 26. mōrētum, calainitosorum & lugentium, s. s. e. Et

Ioseph. 13. 18. mōrēbunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in

Ezecl. 26. 16. terra sedebit. Et humiliamini, sedete, quoniam de-

Isai. 47. 2. scendit de capite vestro corona gloriae vestrae. Et de-

Isai. 47. 2. scendent de sedibus suis omnes principes maris, & in

Isai. 47. 2. terra sedebunt, &c. &, Sede in terra, non est solium filiæ

Chaldæorum, quia vlt̄rā nō vocaberis mollis & tenera.

Luctus. Mōrōt. Ad eundem affectum mōroris & luctus pertinent

Thren. 1. 1. illa, Quomodo sedet sola ciuitas. Sederunt in terra,

Thren. 2. 10. conticuerunt senes filiæ Sion. Et super flumina Baby-

Psal. 136. 1. lonis illic sedimus & fleuimus.

Poenitētia. Suppli-

catio. Ion. 3. 6. Est & pœnitentium, diuinamque misericordiam mo-

uere studentium supplicum habitus, in sacco & cinere

sedere, s. s. e. Et surrexit de solio suo, & abiecit vesti-

mentum suum à se, & induitus est sacco, & sedet in ci-

nere. Sedere autem in agris, vineis & hortis, pa-

cem, quietem & tranquillitatem indicat, s. s. e. Et se-

debit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, &

non erit qui deterreat. Et sedet vnuſquisque sub vinea

sua, & sub ficalnea sua, & non erat, qui eos deterret.

Sedens. Matth. 23. 2. Sedere etiam habitus docentiū est, maximè autem

si in cathedra sedere dicantur, s. s. e. Super cathedra

Mos. 26. 55. Moysi federunt Scribæ & Pharisæi. &, Quotidie apud

vos sedebam docens in templo.

Auditores. Marc. 3. 32. Auditores etiam sedere solent, vt maiori quiete di-

sciplinam excipiant, s. s. e. Et sedebat circa eum tur-

ba. Et circumspiciens eos qui in circuitu sedebant. &,

Luc. 10. 39. Maria sedens fecus pedes Iesu, audiebat verbum, &c.

Quies. Animi se- datio. Luc. 8. 35. Est etiam sessio habitus quieti & sui compotis ho- minis, contrarius inquieto & turbulēto ingenio, cuius- modi situ & habitu ille, qui à dæmonio vexabatur, pro- batus est liberatus. Et inuenierunt hominem sedētem, à quo dæmonia exierant.

Dignitas. Honor. Vices. Marc. 16. 19. Sedere ad dextram alicuius principis, proximam illi au- toritatem sortiti est, s. s. e. Et Dominus quidem Ie- sus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet a dextris Dei. &, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Psal. 79. 2. Psal. 46. 9. Psal. 20. 8. Proverb. 28. Psal. 118. 23. Denique regum, principum, iudicium, consulum, & senatorum situs est sessio. vt, Qui sedes super Che- rubim. &, Deus sedet super sedem sanctam suam. Et rex, qui sedet in solio iudicij. &, Etenim sederunt prin- cipes, & aduersum me loquebantur.

R E S P I C E R E .

Cura. Genf. 4. 4. Gene. 19. 17. Exod. 2. 25. Exod. 4. 31. Deut. 2. 6. 15. Psal. 9. 28. Psal. 21. 2. Psal. 34. 17. R E S P I C E R E habitus est curantis eam rem vel personam, in quam respicitur, s. s. e. Respexit Domi- nus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Et salua animam tuam, nolī respicere post tergum tuum. Et respexit Dominus filios Israel, & liberauit eos. Et audierunt quod visitasset Dominus filios Israel, & quod respexisset afflictionē eorū. &, Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælo- rum habitaculo. &, Benedic populo tuo Israel. Et oculi eius in pauperes respiciunt. Et Deus meus respice in me; quare dereliquisti me? &, Domine quando respicies?

A S C E N D E R E .

Via ad Is. radis re- gionem. Deut. 1. 22. Amos. 2. 10. Lue. 2. 42. Ion. 1. 2. A S C E N D E R E verbum est iis adscriptum, qui terram Israelis, maximè autem Iudeam & Hierosolymam petunt, s. s. e. Vide terrā, quam Dominus Deus tuus dabit tibi: ascende & posside eam; & qui ascēdere vos feci de terra Ægypti, & eduxi vos in deserto qua- draginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi. &, Ascendentibus illis in Hierosolymam, secundūm con- suetudinem diei festi. Ascendit malitia Niniutarum coram me: id est, nimium aucta excreuit atque supe- rauit omnem modum & hominum opinionem.

E O V O S E D E R E .

Honor. Dignitas. HONORIS causa equo aliquis vectus incedit, vt cōspicuus sit, dignitatemq. suam probet spectatoribus,

s. s. e. Homo, quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis, & imponi super equum, qui de sella re- gis est. &, Vidi seruos in equis & principes ambulantes super terram quasi seruos.

Christus Dominus aello vectus conspicuum se po- populo exspectanti exhibuit; magno tamen modestia & humanitatis exemplo. Exulta satis filia Sion, iubila fi- lia Ierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & Salua- tor, ipse pauper, & ascendens super asinum & super pullum filium asinæ.

Vt equo vel aliâs iumento insidere, præter vehiculi cōmoditatē, etiam honoris & dignitatis est signum: ita reuerentia & obseruantia argumentum est, si quis coram alio ex equo vel iumento descendat, s. s. e. Re- becca quoque conspecto Isaac descendit de camelō, & ait ad puerum, &c.

M O T U S .

C O R P O R I S varij sunt motus, tum partibus ipsis, tum locis; tum etiam tarditate & celeritate differen- tes; omnes autem cogitationem sequuntur aliquam. idemque motus varias & cogitationes subit, & signifi- cationes indicat.

Ambulare enim studium, curam, & muneris pro- positi gerendi cogitationem, exercitationemque si- gnificat, s. s. e. Hæc dicit Dominus Deus, Si in viis meis ambulaueritis, & custodiā meā custodieritis. Et Elisæus magnam curam & solicitudinem hoc modo indicabat, s. s. e. At ille reuersus deambulabat in do- mo semel, huc atq. illuc. Et Iesus discipulos suos in via præcedens, magnum studium negotij salutis nostræ in- dicabat, cuius causa Ierosolymam petebat; ita vt illi stu- pescerent & admirarentur.

Est alijs motus inquietus & varius eorum, qui ali- quem ex accepto dolore mōstum & plangentem con- solat: Hic motus verbo Hebraico יְהִי indicatur; cuius significatio ad solicitudinem, curam, sedulitatem & in- quietudinem refertur; huius exempla multa sunt, ex quibus illa: Quis enim miserebit tui Ierusalem? aut quis contristabit pro te? Quis ibit ad rogandum pro pace tua? &, Ne ingrediaris domum conuiuij: neque vadas ad plangendū, neque consoleris eos, &c. Et susti- nui qui simul contristaretur; & non fuit, qui consola- retur, & non inueni. &, Vastata es Ninive, quis com- mouebit super te caput? Vnde quāram consolatorem tibi? &, Audientes tres amici Iob omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo. Omnibus in his locis verbum est יְהִי quod satagere significat.

Mare & aridam circuire, est omnia tentare & expe- riri, s. s. e. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, &c.

Claudicare in motu, translatione à pecudibus sumpta, est misera & calamitosa vitæ conditione vti, s. s. e. In illa die congregabo claudicantem, & eam quam ei eceram, colligam, & quam afflixeram confolabor. Et ponam claudicantem in reliquias.

Recedere ab aliquo, est consuetudinem illius vitare, tanquam pestilentis & contagie sua alios inficientis, s. s. e. Qui videbant me, foras fugerunt à me.

Non egredi ostium, metuentis sibi que cauentis est. vt, Si expauī ad multitudinem nimiam. &, De- spectio propinquorum terruit me. Et non magis tacui, nec egressus sum ostium.

C V R R E R E .

C V R S V S studium, diligentiam, & magnam rei agendę curam significat, s. s. e. Quos cùm vidisset, cu- currit in occursum eorum, de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terram. &, Cucurrit puella, & nuntiauit in domum matris suæ, omnia quæ audierat. Et Elisæus, relicts bobus, cucurrit post Eliam. &, Si videbas fu- rem currebas cum eo. &, Sine iniquitate cucurri & di- rexī. Et viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dila- tasti cor meum.

L A B I .

LABI.

Periculum. LABI ferè semper periculum arguit, s.s.e. Ego
Deut. 32.35 retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum. &c. Ne
Prou. 24.10 desperaueris lapsus in die angustie. Et lapsa est in la-
Thren. 3.15 cum vita mea. Illud verò grauissimum discrimen, &
Iete. 23.12 cui remedium inueniri facile nequit, significat. Idcirco
Vinci. via eorum erit quasi lubricum in tenebris; impellentur
Occidi. enim & corruent in ea.

CADERE.

Num. 14.3 CADERE, de viatis & occisis in prælio dicitur,
Gen. 14.10 s.s.e. Ne cadamus gladio. Et rex Sodomorum & rex
2. Reg. 1.19 Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntq. ibi. &, Quo-
Psalm. 26.2 modo ceciderunt fortis? Et ipsi infirmati sunt, & ceci-
Psalm. 90.7 derunt. Et cadent à latere tuo mille, & decem millia à
Psalm. 11.13 dextris tuis. &, Impulsus euersus sum ut caderem. Ca-
Bellum in dere in plateis, bellū intra urbem ipsam gestum signifi-
vibe. cat, s.s.e. Idcirco cadent iuvenes eius in plateis eius.

DORMIRE.

Securitas. DORMIRE habitus securi & negligētis est: con-
Negligē- trà verò expurgisci, s.s.e. Exurge, quare obdormis Do-
tia. mine? exurge, & ne repellas in finem. &, Et habebis fi-
1ob. 11.18 fidiam proposita tibi spe. Et defessus securus dormies.
Psal. 3.6 Ego dormiui & soporatus sum, & surrexi, quia Domi-
Aitor. 12.6 nus suscepit me. Et erat in ipsa nocte Petrus dormiens.
Psal. 120.4 Et ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit
Marc. 13.33 Israel. Quo loco negligentia significat verbū dormire,
1.Cor. 11. sicut in illo: Ne cum Dominus venerit, inueniat vos
13. dormientes. Et inter vos multi imbecilles, & dormiunt
Studium. multi. Vigilare sibi consulentiū refq. suas curantium,
Cura. magni studij etiam est, s.s.e. Qui de luce vigilauerit, ad
Sep. 6.15.7 illam non laborabit. &, Vigilate itaque, quia nescitis
Matt. 25.13 diem neq. horam. Et ianitor precepit ut vigile. &, Vi-
Matt. 13.34 gilate & state in fide. &, Frustrā vigilat, qui custodit eā.

Vox.

VOX etiam ut variae formæ, ita multiplex significatio est: format enim natura prius nos intus, ad omnem fortunarum habitum, iuuat aut impellit ad iram, aut ad humum, mœrere graui, deducit & angit: Post effert animi motus interprete lingua; namque humanam vocem lingua moderatur, & ad animi motus accommodat. Vox afflcta & tenera dolorem & commiserationem arguit, s.s.e. Appropinquansque rex lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit. Et, quia luxit super eum populus eius.

Vox humilis supplicantum, petentiumque gratiam aliquam, s.s.e. Donec accipiant, osculantur manus dantis: & in promissionibus humiliant vocem suam.

Vox etiam alta ut clamor, aut vnius, aut plurimi est; & pro varietate sonitus vel monitionem, vel luctitiam & victoriā, luctum & lamentationem arguit. Illa enim clamorem bellicum significant, & hostilem tumultum. Vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemni. Et non clamabit, neq. accipiet personam, neque audietur vox eius foris.

Vox etiam in locis altioribus editur, ut latius longiusque audiatur, siue ea monitionis & consilij, siue lætitiae & boni nuncij, siue planctus & luctus vox sit index. vt, Vox in viis audita est, ploratus & vulnus filiorum Israel. Annuntiate in Iuda & in Ierusalem auditum facite. Et vox in rama audita est, ploratus & vulnus multus. &, Super montem excelsum ascende tu, qui euāgelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euāgelizas Ierusalem.

Triturantes & vindemiantes lætitiae & gratulationis causa vocem extollunt, ut se inuicem ad opus incitent, s.s.e. Dominus de exceiso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam. Dominus rugiet super decorum suum celestina quasi calcantium, &c.

Vox hamon siue turbæ exultantis, qualem Iosue de monte cum Mose descendens audiuit, lætitiam publicam significat: de huiusmodi voce vera tamē & inculpatæ lætitiae indice scriptum est, Vox exultationis & fuit in tabernaculis iustorum.

Cum voce autem tubæ aut cornu sonitus auditus, siue clangor, siue alio nomine Latinè dicatur, vel belli, aut alterius periculi aduentum significat. vt, Canite tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium. &, Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vulnus in Bethauen, post tergum tuum Beniamin. Et in gutture tuo sit tuba quasi aquila super domū Domini.

Vulnus plerumq. plangētum & magno desiderio velut infantium est. vt, Vulnus naues maris, quia vastata est domus unde venire confuerant. Et præ contritione spiritus vulnus. Et vulnus vae vae dici. &, Vulnus habitatores Pilæ.

SIBILARE.

SIBILARE conuocantes solent; aut irritantes & insultantes, s.s.e. Et leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ. &, Sibilabit Dominus muscae, quæ est in extremo fluminū Aegypti. Et sibilauerunt & mouerūt caput suum super filiam Ierusalem. Et negotiatores popularū sibilauerūt super te.

SILERE.

SILENTIVM nō minus aliquādo quād vox inter nos animi affectus, motus & perturbationes indicat. Est enim ea doloris vis, vt clamare, gemere, lugereq. homines cogat: sed cūm dolor vehementior, auctiorque est, hemens. animiq. mœstitia coniunctus, & profunda mœroris cogitatione pressus, neq. lachrymis neque voci erumpendae locum concedit. Atque ita grauius afficitur & laborat animus, quād si per luctus & lamenta respirare aliquantulum sineretur, s.s.e. Sederunt in terra, & conticuerunt senes filiae Sion. &, Quoniam filii, inueterauerunt ossa mea. &, Tacui semper, filii. &, Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies. &, Sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum; videbat enim do- lorem esse vehementem. Et cūm audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitum mei, & sedi mœrens. Hebr. tacens. Ali quando silentium vici & captiu iugumque sine detractione ferentis, se se dignè pati agnoscentis, s.s.e. Quare sedemus, conuenite & ingrediamur ciuitatem munitā, & fileamus ibi, quia Dominus Deus noster sile nos fecit. Et dicet ei, Tace, & non recorderis nomis Domini. Et obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est. &, Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.

Tacent etiam qui verentur & metuunt, s.s.e. Si expandi ad multitudinem nimiam, &, Despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui.

Tacet Christus falsis testimoniis delatus, simul ut patri obediret, cuius consilio se in mortem traditum cognoscet; & ut criminum falsitatem indignam responsione & defensione argueret.

RIDERE.

RISUS vel gaudij signum est plerumque. vt, Cedidit Abraham in faciem suam & risit. &, Risus fecit mihi Dominus. &, Risus dolore miscerbitur. Vel etiam irrisio & insultatio in alterius calamitatem, vel contemptus etiam. vt, Ne tradas Domine sceptrum tuū iis, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram. Et super eum ridebūt, & dicent, &c. Et ego in inferitu vestro ridebo. Et super omnē munitionē ridebit.

LVGERE.

LVCUS desiderium perspē arguit rei vel utilis, Desideriū vel alio nomine charæ, s.s.e. Et mœrebūt pescatores & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum. &, Periit sacrificium & libatio de domo Domini luxerunt sacerdotes & ministri Domini. Et luxerunt speciosa pastorum, & exsiccatus est vertex carmeli. &, Qui vedit, non lugeat, quia ira super omnem populum eius.

RAVCEDO.

VEHEMENTIS, nimis ac contenti clamoris fit. Clamor fit tentus & vchemens

gnum est raucedo, s.s.e. Laboravi clamans, rauca fa-

b. 3 Clamor fit tentus & vchemens

Psal. 68.3

**AFFECTVS CORPORIS
ET ANIMI.**

AFFECTVVM pars quedā corpus, pars animum agit, utrumq; etiam pars alia tentat; dicimus autem affectum siue affectionem aliquam grauem passionem, ut dolorem, sitim, famem, desiderium: horum precipua genera, quorum significatio & usus in sacris obseruantur libris, breuiter percurremus.

SUDARE.

Labor. SUDOR intentum laborem multamque operam in re aliqua positam arguit. Cumq; me cōvertissem ad **Opera.** vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ; & ad labores, in quibus frustra sudaueram. Et multo labore frustra sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo.

Anxietas. Fatigationem, anxietatem & difficultatem aliquam subitam indicat sudor, s. s. e. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ille autē Christi seruatoris sanguineus sudor arcanam quandam & vehementissimam luctam indicavit, quam nos in sacris carminibus & aliās descripsimus. Est etiam aliquando sudor immunditiæ significatione notatus, s. s. e. Et non es mundata a sudoribus tuis, neque mundaberis prius, donec quietescere faciam indignationem meam à te. & Vitta linea erunt in capitibus eorum, & foeminalia linea in lumbis eorum, & non accingentur in sudore.

ESVRIRE.

Defectus. ESVRITIO magnum defectum, vehemensque desiderium significat, s. s. e. Animæ esuriens etiam amara dulcia videntur. &, Esurientibus tulerunt spicas. Et animæ effeminatorum esurient. &, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. &, Sicut somnias esuriens & comedit: cum autē fuerit expergefactus, vacua est anima eius. Et erit anima eorum quasi hortus irriguus, & vlt̄a non esurient. &, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

SITIRE.

Desideriū. SITIS desiderium vel necessariæ rei vel eius, si ne qua esse non possis, ex longa consuetudine antecedentis copie atque usus, s. s. e. Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon. &, Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

Fatigatio. Interdum fatigationem & longum iter arguit sitis: Itet lōgum vt, Esurientes & sitiens, anima eorum in ipsis defecit. &, Prohibe pedem tuū à nuditate, & guttur tuum à siti. Nonnunquam sitis insatiabilitatem rei adeptæ sine vlo fastidio vterius etiam expeditæ significat. Eccl. 24.29 vt, Qui bibunt me, adhuc sient.

OBSTVPESCERE.

Resinopia. OBSTVPESCIMVS ex nouæ rei & improuisæ admiratione; vel ex inopinati consilij noua notitia: vel etiam ex casu aut ruina inopinata: est enim non vulgare aut cōmune stuporis argumentum, s. s. e. Et factum est miraculum in castris, sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit. &, Venit David in Nobe ad Achimelech sacerdotem. Et obstupuit Achimelech, eò quod venisset David, & dixit ei, Quare tu solus? Et obstupuit Rama, Gabaa Saulis fugit. Et omnes qui viderunt te in gentibus, obstupescunt super te. Nihili factus es, & non eris in perpetuum.

TREMOR.

Metus. TREMOR affectus est metuentium, grauique timore perturbatorum, s. s. e. Hodie incipiam immittere terrorem, atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni calo.

Perturbatione. Magnam etiam perturbationem, siue ex timore, siue ex præsenti dolore tremor arguit, s. s. e. Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam. Et tunc conturbati sunt principes Edom, robu-

tos Moab obtinuit tremor. &, Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae.

HORRE RE.

CORPORIS horror animi dolorem, mœstiam- Mœstia, que prodit, s. s. e. Circunfusa enim erat mœstia quædam viro, & horror corporis. per quæ manifestus aspi- 2. Mach. 3. 17. cientibus dolor cordis eius aspiciebatur.

PVDEFIERI, CONFVNDI.

PVDOR qui & confusio atq; erubescientia dicitur, Irritum cōfūlum vel votum. affectum animiq; perturbationem eius arguit, qui vel consilij constanter initi, vel concepti voti impos euaserit, s. s. e. Qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt; confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. &, Ad te Domine leuaui animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam. &, Nō erubescant in me, qui exspectant te Domine virtutum. Et confundantur & deficient detrahentes animæ meæ. Et confusi sunt agricola, v'lauerunt vinitores, &c.

Arguit etiam huiusmodi affectus malefactorum poenitentiam, nonnunquam quidem seram, semper autem extortam, s. s. e. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. &, In die illa non confunderis super cunctis adiumentis tuis, quibus præuaricata es in me.

Pudebit etiam accusator, qui non docet crimen aut calumniam in eo, cuius nomen detulerit, s. s. e. Sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam, ut in eo quod detractant, de vobis confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conuercionem.

PARTVRIRE, PARERE.

PARTVRIENTIS habitus ingentem dolorem, Dolor. discrimenque magnum arguit, s. s. e. Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem. &, Ibi dolores, ut parturientis. &, Propterea impleti sunt lumbi mei dolore: & angustia possedit me, sicut angustia parturientis. &, Quare ergo vidi omnis viri manum super lumen suum, quasi parturientis. &, Nunc quare mōrem contraheris? Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit? Quia comprehendit te dolor sicut parturientis. Et filii venerunt usque ad partum, & vires non habet parturiens.

Parere filios absque dolore subitam & insperatam felicitas. salutem indicat, s. s. e. Antequam parturiret, peperit; Salus. Iſai. 56.7. antequam veniret tempus eius, peperit masculum.

CIRCA ÆTATES OBT. SERVATIONES QVÆDAM.

PVERI in plateis proiecti & neglecti calamitosissimum arguunt ciuitatis statum, s. s. e. Effusum est in terra iecur meum, super contritionem filiæ populi mei, cum deficeret parvulus & lactens, in plateis oppidi. Et leua ad Deum manus pro anima parvulorum tuorum, qui pereunt in fame, in capite omnium compitorum.

Puerorum ludentium frequentia salubritatem & securitatem magnam significat, s. s. e. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius.

SENES.

SENECTVS facilis & iucunda reip. felicitatem arguit, s. s. e. Tunc latabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul, & conuertam luctum eorum in gaudium. Illud etiam longeum vitam & rerum securitatem indicat, quod scriptum est. Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem, & viri baculus in manu eius, præ multitudine dierum.

DE VESTITV.

VESTITVS varia formæ conspicuntur, & distinguunt ac diuersam significationem habent. Sunt autem in vniuersum duo præcipua genera, ex materia definita,

finita, interq. se ferè opposita; nam quæ ex crassiori horridiorique materia constant, conditionem dutiorem vel vitæ vel temporis indicant. Contrà verò, quæ extenui, molli & nitida materia sunt, statum & habitudinem indicant iucundiorem: sicut de utroque genere scriptum est, In melotis & in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflitti, quibus dignus non erat mundus. &, Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

S A C C V S.

S A C C V S vestitus erat pœnitentium, atque presentem calamitatem deprecantium, vel maxima aliqua miseria, vel ærumna, vel pressura affectorum: præterea publicam pœnitentiam vel sponte, vel Ecclesiastico iudicio professorum. Quorum omnium illa exempla sunt. Et accingent se ciliciis, & operiet eos formido. & in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus eorum caluitum. &, Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & circundistis me lœtitia. &, Consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis. Et saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Ego autem cùm mihi molesti essent, in duebar cilicio. Et peruenit verbum ad regem Niniuæ, & surrexit de folio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & induitus est sacco, & sedet in cinere. Exspectata calamitatis deprecationes huiusmodi horrido vestitu fiebant, s. s. e. Quæ cùm audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & induitus est sacco, spargens cinerem capiti, & in platea medix ciuitatis voce magna clamauit, ostendens amaritudinem animæ suæ. Est etiam corum, qui publicè pœnitentiam ineunt, saccos induere, s. s. e. In die autem vigesima quarta huius mensis conuenerunt filii Israel in ieiunio & in saccis. Et leuans Dauid oculos suos vidit angelum Domini statem, inter cælum & terram, & euaginatum gladium in manu eius, & versum cōtra Ierusalem, & ceciderunt tam ipse, quād maiores natu vestiti ciliciis, proni in terram. &, Si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere, pœnitentiam egissent.

Est etiam captiuorum vestitus, s. s. e. Et inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitum. Ad hoc genus pertinet illud: Et tu fili hominis fac tibi vasâ transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis, &c. Et huiusmodi vestes Ioseph mutasse dicitur, ad Pharaonem Ægypti gratiam, collatum. qui admissus. & Euilmerodach rex Babylonis mutauit vestimenta carceris Ioachim regis Iudeæ.

Pullatis vestibus vtebantur lugentes & afflitti, s. s. e. Quasi lugens & contristatus (Heb. pullatus) sic humiliabar. &, Quare contristatus incedo, dum affigit me inimicus? Vestibus immundis indutum esse, imunditiam significat, & externam impuritatem, s. s. f. Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. Pannorum usus pauperum & egestate oppressorum est, s. s. e. Quia vacantes potibus, & dannos symbola consumuntur, & vestietur pannis dormitatio. Et si introierit vir pauper in sordido habitu.

Molles vestes aulicorum & delicatorum hominum sunt, s. s. e. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Etenim si introierit in conuentu vestrum vir annulum aureum habens in veste candida.

Candidæ vestes ad gloriam, maiestatem, puritatem, que significandam ostenduntur. Sic enim Christi transfigurati vestimenta facta sunt alba, sicut nix. &, Maria vidit duos angelos in albis sedentes. &, Ambulabunt me cum in albis, quia digni sunt. &, Qui vicerit, sic vestitur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. Et ut ipse spiritus interpretatur, vestes, inquit, byssinæ iustificationes sanctorum sunt.

Vestes purpureæ siue hyacinthinæ supremæ & optimæ conditionis signum: contrà verò linum crudum, extremam significat conditionem, s. s. e. Ab eo, qui vtitur hyacinthro, & portat coronam, usque ad eum, qui

operitur lino crudo. Et in omnibus istis, nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. &, Si vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris.

Vestes sordide & non lotæ, miserorum sunt suique negligentium & vitæ pertesorum, s. s. e. Mephiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis, illotis pedibus & intonsa barba, vestesque suas non lauerat, à die qua egressus est rex, usque ad reuersionem eius in pace. Ornatus fœminei descriptio ciuitatum delitias & opulentiam indicat, s. s. e. Tu autem vastata quid facies? cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo; & pinxeris stibio oculos tuos, &c.

N U D I T A S.

I N F A N T I L I S nuditas inopiam significat magnâ, & necessiarum rerum defectum, s. s. e. Ne forte exposuam eam nudam, & statuam eam secundum diem natuitatis suæ. Nuditas & vestimentorum neglectio magnam arguit mœstitudinem ex grauissima perturbatione doloris. Arguit etiam rei charissimæ desiderium, s. s. e. Super hoc plangam & vulnabo, vadam spoliatus & nudus, faciam planctum quasi draconum, & luctum quasi struthionum.

Nudi etiam aut maxima ex parte spoliati captiui ducentur, s. s. e. Denuda turpitudinem tuâ, reuelâ crura, transi flumina, reuelabitur ignominia tua; & videbitur opprobrium tuum. Et transtite vobis habitatio pulchra confusa ignominia.

Nuditas etiam mentis commotionem: vt vestitus contra sanitatem ostendit; utroque enim argumento illius hominis, à dæmonio prius vexati, & deinde à Christo liberati conditions Euangelista descripsit.

Nuditas in fuga & vestium desertio, fugâ vehementem atque impotentem significat, s. s. e. Et robustus corde nudus fugiet in die illa. &, Adolescens quidam sequutus est eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Nuditas capit, & pedum, & labiorum velatio, panis sordidi usus, hæc omnia luctum grauem comitantur, ob desiderium charissimi capit, s. s. e. Fili hominis, Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ, ingemisce tacens. Mortuorum luctum non facies, corona tua circumligata sit tibi. Et calcamenta tua erunt in pedibus tuis. Nec amictu ora vela bis, nec cibos lugentium comedes. Calciamenta detrahi, vestium sinibus collectis crura nudari, afflita rum rerum aut omnino pessundatarum signum est, s. s. e. Propter multitudinem iniquitatis tuæ, reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuae.

Nuditas etiam ignominiosa & pudenda res est, ideoque veræ religionis & bene institutæ reip. priuatione & parentiam significat, necnon & peccatoris conditione turpissimâ oculis. Dei exosam, s. s. e. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commixta es: & omnes quos dilexisti, cum vniuersis quos oderas; & congregabo eos super te vndique. Et nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. &, Ut vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. &, Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus.

D E 115, Q V I CIRCA VESTES O B SERVANTVR, HABITIBVS.

V E S T I V M laceratio siue consciplio vel publica vel priuata, ingétem animi dolorem, vel ob cōtraunem, vel ob priuatam calamitatem vel calamitatis exspectationem, vel ob aliam indignitatem acceptum indicabat. Nam in chari capit is obitu & desiderio, in publicæ maiestatæ scissu, in diuinæ maiestatis contemptione auditæ vel cognita, in maximi denique sceleris alicuius admissi detestatione vestes lacerare antiqui consuevere.

Hic enim gestus & ipsos, qui subirent grauter, perturbatos significabat; & spectatores vehementer mouebat. Sic Athalia conspirationis aduersum se pro regia familia initæ certior facta, scidit vestimenta sua, & ait, Insidiæ, insidiæ. &, Iosias audita lectione libri Legis, in templo reperti, scidit vestimenta sua, & præcepit Heliæ & Ahicham filio Saphan & Achobor filio Micha; Saphan quoque scriba & Asaiæ seruo regis, dicens, Ite & orate Dominum pro me, & pro reliquis Israël & Iuda, super vniuersis sermonibus libri istius, qui repertus est: magnus enim furor Dominini stillauit super nos, &c. Sic & filii Israël perturbati propter dedecus, & notam generi suo inustam, scypho Iosephi in Biniamin fratri sarcinis inuento, sciderunt vestimenta sua. Vesteres etiam scindunt suas Barnabas & Paulus ex perturbatione, quod se præter fas pro diis coli animaduerterent. Sic turba Iudæorum vestibus scissis & preiectis, puluerem in æra iactabant; blasphemiae damnantes Paulum, & detestati. quanquam inique tamen ex more gestus inibatur. Est etiam vestium scissio aliquando penitentia signum exterius, s. s. e. Scidite corda vestra, & non vestimenta vestra.

Vestem deserere, signum est præcipitis atque impotentis fugæ, animumque vehementi turbatum metu arguit, s. s. e. Et robustus corde, &c. &, Qui in agro est, non reuertatur retro tollere vestimentum suum. &, Iuuensis ille qui sequebatur Iesum amictus sindone, super nudum, cum teneretur, reiecta sindone, nundus profugit.

Præcinctæ vesteres, promptum, paratum, expeditumq. ad agendum significant hominem, s. s. e. Et vidi, & ecce vir unus vesterus lineis, & renes eius accincti auro obrizo. Et Deus, qui præcinxit me virtute. &, Sint lumen vestri præcincti. &, Præcingere, & calcia te caligas tuas. Vestes non exuere, vigilantiam & studium, atque curam erga suscepsum negotium indicat, s. s. e. Ego autem & fratres mei, & pueri mei, & custodes, qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra, vnuſquisque tantum nudabatur ad baptismum.

Vestiri & nudari symbolicos consuetudinem dissitudinemq. significant, & variorum morum usum, s. s. e. Abijcamus opera tenebrarum, & induamur armalucis. &, Induimini Dominum nostrum Iesum Christum; fatigite per bonam cōuersationem ut induamini eum.

Nonnunquam ex forma & genere vestium munus & officium personæ cognoscitur, s. s. e. Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense anno 160. quo vestitu Sacerdos indicatur.

Vesteres præscindere alicui, genus fuit contumelia & ignominia grauissimum, s. s. e. Igitur Hanon pueros David derasit & decaluavit. Et præscidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes. Ad hoc genus illud spectat: Et magistratus scissis tunicis eorum, iusserunt eos virginis cædi.

Vesteres cruentatae vulnera arguunt eorum ipsorum, à quibus gestantur, s. s. e. Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt sanguine; cumque non possent, tenuerunt lacinias suas.

Vesteres proprias alicui prætereunti sternere, summi honoris ac maxima observationis argumentum est. Id quod Christo regi suscepto à Ierosolymitana gente præstatum Euangelistæ describunt.

Vestitum esse & compositum, sanam mentem indicat, in eo, qui antea insaniebat, & dæmoniis actus nudus agebat. Huiusmodi argumento furiosissimus ille dæmoniacus antea, liberatus probabatur iis, quibus notus erat.

Vestitum & calciatum aliquem arripi, furiosum indignationis impetum in eo arguit, à quo iubetur arripi, s. s. e. Et confessim viri illi vincit cum braccis suis, & tiaris, & calciamenatis, & vestibus missi sunt in medio fornacis ignis ardentes.

Velatum esse facie, cæxitatem, & cognitionis, ac

mentis turbationem significat, ex D. Pauli interpretatione & longa expositione, in Epistola ad Corinth. 2. Cor. 3. 12.

Sirius vestis super faciem mulieris impositæ, habitus est prostitutæ & impudicæ foeminæ, s. s. e. Ecce ego ad te, dicit Dominus, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.

G E S T A M I N A V T

A R M A, &c.

V N C T I O.

B A C U L U S à iuuenie gestatus paupertatem & conditionem tenuem arguit, s. s. e. In baculo meo transiui lordanem istum, & nunc regredior cum duabus turmis. Senex vero baculum gestans, longam vitam & placidam senectam significat, s. s. e. Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem, & virtu baculus in manu eius, præ multitudine dixerunt.

Armatum esse ex verbo יְמִן Hebraico expeditionē ad rem gerendam significat, s. s. e. Filii Iuda portantes clypeum & hastam sex millia octingenti expediti ad proelium.

Vnctum esse, eorum est, qui in dignitate vel regia, vel sacerdotali constituti sunt, s. s. e. Si Sacerdos qui vncus est peccauerit. Et filii Aaron, & qui vnci sunt. &, Cras mittam ad te virum, de tribu Beniamin; vnges eum ducem super populum meum Israël. &, Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxii eum. Et spiritus Domini super me, eò quod vnxerit me.

Est & alia priuatorum hominum vncio, que latiam, delicias, voluptatemque significant & indicat, s. s. e. Lauare igitur & vngere & induere cultioribus vestimentis. &, Laui te, & vnxii te oleo. &, Tu autem cum ieunias, vnge oleo caput tuum. &, Oliuas plantabis, & non vngoris oleo.

Medicamentorum genus etiam est olei vncio, magis à Deo ex ritu, ceremonia & significatione, quam ex natura efficax, s. s. e. Et vngabant oleo multos ægrotos, & sanabantur. Quod apud Iacobum legimus de sacramento vncionis, aliás explicabimus.

C O R O N A.

C O R O N A gloria plerumque index est eorum, qui propter dignitatem aut res præclaræ gestas insigniuntur, s. s. e. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. &, In humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi? Et posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Sed aliquando vitiosam & voluptatibus deditam vitam corona arguit. Solebant enim in conuiuis coroni & vnguentis vti antiqui, s. s. e. Væ coronæ superbiæ, ebiis Ephraim.

S C E P T R U M.

S C E P T R U M extendere, annuentis regis habitus est, s. s. e. At ille ex more sceptrum aureum prætentit manu. quo signum clementiae monstrabatur.

G L A D I U S.

G L A D I I euaginatio aut etiam vibratio, vltionis & vltio. vindictæ minas significant, atque etiam terrorem illis, Tetro. in quos vibratur, incutendum, s. s. e. Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Et gladium suum vibrabit. &, Cum volare cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescit repente singuli pro anima sua, in die ruinæ sue.

V E X I L L U M vel S I G N U M.

V E X I L L U M vel signum in altum sublatum, conuocationem significat, s. s. e. Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion. &, Leuate signum in terra, clangite buccina in montibus.

Vexillum super muros statutū victoriae signum est, Victoria. s. s. e.

Ier. 51. 12. S. S. E. Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam, leuate custodes, præparate insidias, &c.

T V B A.

Pax. T V B A sonitum vel clangorem non audire, à bel. *Securitas.* *Ier. 42. 14.* lo procul esse significat. vt, Ad terram Ægypti perge mus, ybi bellum non videbimus, & clangorem tubæ non audiemus.

C R V X.

Dilectio- C R V C E M baiulare aliquem, ignominia & peri culi subeundi signum est: isque dicitur crucem suam tollere, qui deliberato animo fæse mortis etiam ignominiosæ periculo, propter aliquam causam, constanter *periculum.* *Mat. 8. 14.* obiicit. vt, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

T E N T O R I V M.

Bellum de- T E N T O R I V M fixum, ducem aut imperatorem bellum deliberato animo suscipientem & inferentem loco alicui indicat. vt, Ecce ego mittam & assumam Na *liberatum.* *Ier. 43. 11.* buchodonosor regem Babylonis seruum meum, & ponam thronum, Hebraicè tentorium eius, super lapides istos, quos abscondi. Et statuet solium suum super eos, veniensque percutiet terram, &c.

C L A M O R.

Longior C L A M O R in montibus editus, longius auditur, atque ad hanc significationē illud spectat: Quām pul- *audito.* *Isa. 52. 7.* chri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem. Sic etiam apud Ieremiam: Hæc dicit Dominus, Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel.

Coactio- Aliquando congregandi populi causa, in montibus clamatur, s. s. e. Annuntiate in Iudah, & in Ierusalem auditum facite, loquimini & canite tuba in terra.

Calamitas. Clamor in domibus ipsis turbationem subitam ex repentina calamitate & miseria ortam arguit, s. s. e. Auditatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repente.

F R E M I T V S.

Alacritas. F R E M I T V S & vox vehemens atque magna, alacrem fortemque in bello animum indicat, s. s. e. Dominus sicut fortis egreditur, sicut vir præliator suscitabit zelum: vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur. Indignationem præterea & zelum atque vltionis cupiditatem ostendit fremitus in eo à quo editur, s. s. e. Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo suo dabit vocem suam, rugiens rugiet super decorum suum.

G E M I T V S.

Oppressio. G E M I T V S oppressorum est, s. s. e. Cùm impij sumperint principatum, gemet populus. &, Non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniuriasibus vestris, & vñusquisque gemet ad fratrem suum. &, Ut audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. &, Miles captiuus abductus est, & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbæ.

Penitentia Est etiam penitentia comes gemitus, sed aliquando feræ. *Prover. 5. 11.* nimium seræ, s. s. e. Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & gemas in nouissimis, quando consumptæ carnes tuas & corpus tuum.

Inuitus. Gemunt etiam ij, qui inuiti aliquid agunt, s. s. e. Vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis.

Coactio- Præterea gemitus in bello necem & stragem arguit occisorum, s. s. e. Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ & gemitu interactorum tuorum cōmouebuntur insulæ? Et gemitibus interfecti, coram facie eius.

F L E R E, F L E T V S, P L A N C T V S.

Mœstia. F L E T V S mœstia & desiderij magni erga rem charam index est, s. s. e. Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus dum recordaremur tui Sion. &, Recedite à me, amarè flebo, nolite incumbere ut com-

solemini me, super vastitatem filii populi mei. Atque ita in filiorum, aut aliâs charissimorum capitum desiderio fletus mentio fit.

Sed etiam ex lætitia subita impotetiæ animi gaudio *Lætitia.* fletus erumpit, s. s. e. In diebus illis & in tempore illo *Ierem. 50. 4.* venient filii Israel, & filii Iuda simul ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum suum quaerent. Hoc modo Ioseph ex subita & magna lætitia agnitis fratribus, fratres autem ex lætitia simul & poenitentia simul fleuisse accépimus, s. s. e. Cumq[ue] amplexatus recidisset super collum Beniamin fleuit, illo quoque flente super collum eius, &c.

Planctus calamitatem vel priuatam vel publicam ar- *Desideriū.* gavit, aut desiderium personæ charissimæ vel benemerentis, s. s. e. Celebauerunt exequias planctu magno atque vehementi. Et completi sunt dies planctus lugentium Mosen. &, Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. illud verò ad publicæ calamitatis planctum indicandum facit. Vox clamoris de Horonaim, vastitas & contritio magna.

L Ä T I T I A, E X V L T A T I O.

L Ä T I T I A, cùm ad cælum & terram, atque ad inanimatas res refertur, roris, & fructuum felicitatem, vberitatemque maximam indicat, atque allegoricos diuinis spiritus gratiam abundanter hominibus communicat, s. s. e. Laudate cæli, quoniam misericordiam *Isa. 44. 23.* fecit Dominus, iubilate extrema terra, resonate monites laudationem saltus, & omne lignum eius, quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur. &, Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius, gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt. Nam de hominum lætitia, satis, abundeque in libro de Arcano sermone est explicatum.

Læticare aliquem, est voti cōpotem efficere, s. s. e. Exaltasti dexteram deprimentium eum, læticasti omnes inimicos eius.

Exultare eorum est, quibus magnum aliquod beneficium diuinitus contigit, vel votum ex animi sententia cessit, s. s. e. Exultauit cor meum in Domino: & exaltatum est cor meum in Deo meo. &, Lætabor & exultabo in te. &, Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.

L A U D A R E, L A V S, B E A T I F I C A T I O.

L A U D A T I O aut ab aliquo beneficiis affecto proficitur, atque ita vox est, & oratio mentis gratulantis, s. s. e. In medio Ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum, laudate eum. Vniuersum semen Iacob glorificate eum. Laudabunt Dominum, qui requirunt eum: *Isa. 12. 6.* viuent corda eorum in sacerdum. &, Lauda habitatio Sion. Aut etiam alienæ virtutis, probitatis vel felicitatis testimonium ac prædicatio laus est, s. s. e. Et nuntriauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eum. &, Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ. *Psal. 10. 52.* Et laudet te alienus, & non ostuum. &, Laudaui magis mortuos quam viuentes. &, Beatos vos dicent omnes Gentes, eritis enim vos terra desiderabilis. &, Beatam me dicent omnes generationes.

C A N T V S, C A N E R E.

C A N T V S lætum affectum plerumque significat, & ad laudationem non raro refertur: est enim eorum, qui vel beneficio affecti sunt, vel aliâs voti compotes euasere, s. s. e. Cantabo Domino, qui bona traxit mihi. Et misericordias Domini in æternum cantabo. Et psalmos nostros cantabimus in domo Domini.

Solet etiam mœstia depulsa, gaudiisque succedit, cantus esse testis, s. s. e. Et nunc qui redempti sunt à Domino, reuertentur & venient in Sion laudantes, Hebraicè canentes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti.

Diffamatio Nonnunquam verò cantus in alicuius opprobrium, ignominiam, vituperationemque initur, & idem est, quod fabula aut libellus infamia apud Latinos, s. s. e. In me psallebant qui bibebant vinum, s. s. e. Sessionem eorum & resurrectionem eorum vide, ego sum psalmus eorum.

CORN V SONARE.

Belli indicatio CORNV vel buccina sonans excitationem & hominum conuocationem ad bellum, præsertim significat; quanquam & aliis etiam nominibus cornu sonatur: veruntamen semper monendi causa, s. s. e. Leuante signum in terra, clangite buccina in montibus, sanctificate super eam gentes: annuntiate contra illam regibus. Et ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo, &c.

LABORARE.

Oppressio. Difficilis. LABORANDI verbo & similitudine magnam oppressionem aut difficillimum opus & onus aliquando significant sacræ literæ, s. s. e. Dico vobis, quid fecerint nobis Syri, sciunt quod fame laboremus. Et laborau in gemitu meo. Et frustrà laborauit, nullo timore cogente. Et facta sunt mihi molesta, laborau sustinens. Illud autem magno mysterio à Christo Domino pronuntiatum grauissimum peccatorum pondus significat, quo filii Adæ miserè vrgentur. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

DOЛЕRE.

Affectus grauissimus DOLET aliquis vel suam vel alienam vicem; estq. grauissimus affectus dolor à corpore ad animum similitudine translata, s. s. e. Non est qui vicem meam doleat, hoc est, qui res meas curet bono studio. &, Doleo super te frater mi Jonathan.

Animi demissio. Iffai. 13. 8. 2. Reg. 1. 26. Psal. 47. 7. EST autem dolor parturientis magnus, & periculo proximus, isque affectus in similitudinem adductus, animi demissionem & consilij inopiam ferè significat, s. s. e. Quasi parturiens dolebunt. &, Ibi dolores ut parturientis. In vniuersum autem dolor magnum & difficilem laborem arguit.

MORS.

Infantia. Perturbation. Iffai. 59. 10. MORTIS significaciones in libro de Arcano sermone docuimus: ad hanc verò quam nunc sequimur rationem, illud obseruari operæ pretium fuerit, mortis similitudine insanæ affectum & animi perturbationem vehementem significari, s. s. e. Impiegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

DE ACTIONIBVS.

ACTIONES etiam ad exteriorem vel personam, vel rem transentes sua significatione non carent, quarum genera quædam breuiter exponemus, quibus aliorum etiam rationes cognosci possint.

LIGARE, INVOLVERE

Difficilis. Impedimentum. Ezch. 3. 25. LIGATIO impedimentum arguit; non enim si quis ligetur, procedere potest, aut ex animi sententia ambulare, s. s. e. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula; & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum. Res etiam ligantur ad conseruationem & absconsionem, sive custodiā; in chartis enim aut alijs in tela vel alio inuolucro colligari solent, quæ chara sunt, & ad custodiā leponuntur, s. s. e. Colligata est iniquitas Ephraim, & absconditū est peccatum eius. Inuolui autem solent res, quæ alio asportandæ sunt, atque eiusmodi similitudine actionis spoliacionem & prædam actam interpretamur, s. s. e. Et amicitur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo, & egreditur inde in pace.

MOLERE.

Iffai. 47. 2. MOLERE captiuorum & seruorum est, eamque vita conditionem arguit, s. s. e. Tolle molam & mole

farinam. Sic etiam Samson in carcere molebat. Et duæ erunt molentes in mola, vna assumetur & altera relin- Ind. 16. 21. Matth. 14. 3.

EFFUNDERE vel DIFFUNDERE.

COPIA abundantiaq. signū est effusio sive diffusio, eandemq. rem significat, sive in bonum sive in malum, s. s. e. Effundam spiritum meum super omnem carnem, & Diffusa est gratia in labiis tuis. &, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū, qui datus est nobis. &, Effuderunt sanguinem eorum in circuitu Ierusalem. &, Effunde super eos iram tuam. Psal. 68. 15.

INSUFFLARE.

IN SVFFLARE in aliū virtutis communicatæ signum est: Sic enim naturæ humanæ mentem cognitionis & virtutis compotem à Deo donatam fuisse legimus. vt, Inspirauit in faciem eius spiraculum vitae. Et Christus virtutē facultatem & auctoritatem magnam, Spiritus etiam sancti communicationem ad ministerium obeundum opportunam tradidisse dicitur huiusmodi actione, s. s. e. Hoc cùm dixisset, insufflavit, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.

CONCULCARE.

CONCULCATVR ea, quæ vel subiguntur & domantur, vel contemnuntur, atque damnantur, vt inutilia, s. s. e. Pedibus conculcabitur corona superbiae ebriorum Ephraim. Et nolite mittere margaritas anteporcos, ne forte conculcent eas, & conuersi dirupant vos.

QUÆRERE.

QUÆRI aliquam rem, nec reperiri tamen, idem significat quod non extare ac perisse, s. s. e. In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris.

TENERE sive APPREHENDERE.

TENERE sive apprehendere ex verbo Græco οπατεῖν, propriè ad vim allatam significandam dicitur, s. s. e. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, &c.

TANGERE.

TANGERE aliquem ad animationem & metus ac paucis ademptionem, denique ad virtutis instauracionem pertinet, s. s. e. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde, & accessit Iesus, & tetigit eos, dicens: Surgite, & nolite timere.

FERIRE.

FERIRE alapis aliquem, grauissimæ contumeliaz genus est, s. s. e. Ideo etiam bis à Iohanne Euangeliista in historia passionis Domini notatur.

CVRATIO & SANATIO.

PECCATORVM remissionem & condonationem sanandi verbis & curandi, sacer sermo significat. Est enim grauissima animorum ægritudo peccatum, & quæ ad interitum deducat. Imò quod magis formandum sit, est interitus ipse, s. s. e. Conueritimi filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras.

ABSCONDERE, ABSCONDI, LATERE.

ABSCONDERE se, aut latere, fallendi studiū animumque significat, s. s. e. Et abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini, in medio ligni paradisi. &, Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui eò quod nudus essem, & abscondi me. Et panis absconditus suauior. &, Qui abscondit sclera sua, non dirigetur.

Est etiam insidias parantium abscondere & abscondi, s. s. e. Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustrà. Et captio quam abscondit, apprehendat eum. Et absconderunt superbi laqueum mihi.

Est etiam abscondere rem aliquam vel charam vel sepulcrum, sanctam,

Res chara. Psl. 30. 20. I. 16. 21.
s. s. e. 21. 24. sanctam vel secretam nec omnibus communem , sed quibusdam paratam seruare, s. s. e. Quā magna mul-
Psl. 30. 39. I. 2. 18. titudo dulcedinis tuæ Domine , quam abscondisti ti-
mentibus te! Et non abscondi misericordiam tuam , & veritatem tuam à consilio multo. Atque ad hanc sen-
I. 1. 45. 3. I. 2. 18. tentiam omnis fere ratio thesaurorum , & aliarum re-
rum absconditarum refertur, s. s. e. Dabo tibi thesauro-
rum absconditos & arcana secretorum, &c.

Obseruan- tia. Iob. 29. 8. Iuuenes præsentibus senibus abscondi , honoris ac obseruantia & reuerentia significatione exhibit. s. s. e. Videbant me iuuenes, & abscondebantur : & senes af-
surgententes stabant mihi.

RELINQVERE.

Studium. I. 45. 4. 28. RELINQVERE rem aliquam aliâs non negligendam , siue opus incepsum , cogitationem aliò tra-
ductam indicat , magno studio adiuncto & celerita-
tis cura. Sic enim Samaritis illa foemina, relicta hydria,
in urbem cucurrisse describitur, magna cupiditate nun-
tianda Christi magnitudinis.

DV CERE.

Doctrina. Disciplina. L. 6. Capi. Vinci. Mat. 14. 44. Matt. 10. 18. Job. 21. 18. DV CERE propriè ducum est , sed transfertur ad præceptores & magistros , s. s. e. Nunquid potest cœ-
cuscus cœcum ducere?

Est etiam captorum, vincitorum, & damnatorū du- ci, s. s. e. Tenete eum, & ducite cautè. Et ad reges du- cemini propter me . Et alias te cinget , & ducet quò volet.

SCRIBERE.

Affirmatio. Compro- batio. I. 44. 5. Phil. 1. 19. 2. Thes. 3. 17. SCRIBERE manu propria, affirmantium & com-
probantium est, s. s. e. Ille dicet, Domini ego sum. Et ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua
Domino. &, Ego Paulus scripsi manu mea. &, Saluta-
tio mea manu Pauli.

ÆDIFICARE.

Eccles. 18. 26. ÆDIFICARE & plantare pacis, securitatis &
quietis cogitationem indicat, s. s. e. Et habitabunt in ea securi, & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter.

CONDITIONVM HABITVS.

S VNT etiam & in hominum conditionibus habi-
tuum obseruationes quædam illustres, magnæque si-
gnificationis , ad scripturarum cognoscendam senten-
tiam, quas suis in locis obseruare, fuerit oportunum. vt
si rex sedens describatur, regia auctoritate , atque mu-
nere suo fungi cognoscitur . Sic etiam præceptor se-
dens aut stans ; magister os aperiens . Quorum pluri-
ma & varia exempla cùm sint , nos quædam certa ge-
nera tantum subiiciemus ; ex quibus aliorum in suis
ordinibus ratio , per similitudinem aut collationem
explicetur.

IVVENTVS.

Tranqui- litas. Ite. 31. 13. V T iuuentus læta, quæ publicæ rei tranquillitatē &
felicitatem indicat, s. s. e. Tūc lætabitur virgo in choro,
iuuenes & senes simul . Et cōuertam luctum eorum in
gaudium, & confortabor eos, & læticabō à dolore suo.
Et præuenerunt principes cōiuncti psallentibus in me-
dio iuueclarum tympanistriarum. Contra verò iuue-
nes letitia carentes rerum perturbationem, & miserum
statum indicant, s. s. e. Senes defecerunt de portis, &
iuuenes de choro psallentium.

SACERDOS.

Felicitas. Ite. 31. 14. SACERDOS bene habens & læsus, felicem rerum
cōstitutionem securumq. tempus & gratia Dei abun-
dantem Ecclesiam mysticè indicat, s. s. e. Et ineibriabo
animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bo-
nis meis adimplebitur.

CAPTIVI.

Migratio. Abducō. Ite. 46. 18. CAPTIVI & migrantes siue abducti à victoribus
in aliam regionem certos habitus & vestes , & supelle-
ctilem habent, s. s. e. Vasa transmigrationis fac tibi ha-
bitatrix filia Ægypti.

ANIMANTIVM HABITVS.

IN cæteris etiam , præter hominem , animantibus ,
suos habitus variarum affectionum indices , notari ob-
seruarique solent : quos eadem quoque ratione cogni-
tu dignos arbitriamur. Nihil enim est in sacris libris vel
minimum descriptum , quod vel significatione careat
certa , vel diligentem cognitionem à lectoribus studio-
sis non requirat. Huius igitur generis quædam à nobis
obseruata capita brevibus exponemus exemplis.

AVIS.

Celeritas. Diligentia. I. 31. 5. AVES volantes celeritatem,diligentiam & atten-
tionem docent, ex qua similitudine illud scriptum est:
Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercitum
Ierusalem , protegens & liberans , transiens & saluans.
Aues liberè vagantes, & temerè prouolantes, vastatio-
nem locorum arguunt, s. s. e. Intuitus sum, & non erat
homo, & omne volatile cæli recessit.

Vastatio. Ite. 4. 10. Aues & feræ cadauera lacerantes,hostium grauissi-
morum, & nocentissimorum imaginem præbent, s. s. e.
Nunquid aus discolor hereditas mea mihi? Nunquid
aus istincta, per totum ? Venite & congregamini omnes
bestia terræ, properate ad deuorandum.

BOS, ASINVS.

Fertilitas. Ite. 12. 20. BO S & asinus in segetem immisus, agrorum luxu-
riem & anni felicitatem , terræque fertilitatem signi-
ficat, s. s. e. Beati, qui seminatis super omnes aquas, im-
mittentes pedem bouis & asini.

CANIS.

Speculator improbus. Ite. 32. 20. CANIS vigiliam & custodiā significat, vt in Ar-
cano sermone docuimus. Quam ob rem canis mutus
Prophetā & Sacerdotē eū qui officio suo deest, descri-
ptione apposita, indicat, s. s. e. Speculatori eius ceci om-
nes nescierūt vniuersi, canes muti non valentes latrare.

FERAE.

Hostis. Ite. 4. 20. FERAE cadauera lacerantes, hostes crudelissimos
bello infestos indicant, s. s. e. Venite, congregamini
omnes bestia terræ, properate ad deuorandum.

COLUBER, DRACO,
&c. eius generis.

Ariditas. Vastatio. Ite. 3. 5. 7. COLUBRI quiescētes loci ipsius vastitatem ,
tum etiam ariditatē & siccitatē intemperatam ar-
guunt. Etenim hoc genus arida & inhospita loca amat,
s. s. e. In cubilibus , in quibus prius habitabant dra-
cones, orietur viror calami ac iunci. Et erit Asor in ha-
bitaculum draconum deserta usque in æternum , non
manebit in ea vir, &c.

Securitas. Ite. 65. 25. Coluber innocens, securitatem & felicitatem indi-
cat, s. s. e. Serpenti puluis panis eius, non nocebunt,
neque occident in omni monte sancto meo.

DE RERVM ALIARVM
HABITV.

MVLTI etiam in rebus iis, quæ secundūm natu-
ram existunt & fiunt, habitus spectantur, siue id
genus habitudines dicere malumus , quarum diligens
obseruatio plurimum ad scripturarum sententiam ex-
pendendā atque explicandam afferre potest adiumenti-
ti. Earum autem nos summa quædam capita certis ex-
emplis illustrata indicabimus, satis vt arbitramur , ad
eiusmodi genus omne ex nostrarum collatione obser-
uationum cognoscendum, lucis allatura.

CAELVM.

Terror. Pertur- batio. Ite. 13. 10. CAELI commotio & turbatio timorem & ter-
rorum , dolorem , calamitatem etiam , & animorum
perturbationem affert, idque eiusmodi descriptiones
significant, s. s. e. Quoniam stellæ cæli, & splendor ea-
rum non expandent lumen suum. Obtenebratus est

Sol in

Isa. 50.3. Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo.
Ierem. 4.20. &c., Induam cælos tenebris, & saccum ponam vestimentum eorum. Et aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil;
Ibidem. 8. & cælos, & non erat lux in eis. Et lugebit omnis terra, & mœrebunt cæli desuper, eò quod locutus sum;
Exech. 32.7. cogitaui & non pœnituit me, & operiam cùm extinctus fueris, cælos, & nigrescere faciam stellas eius: Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen suum, omnia luminaria cæli mœrere faciam super te, & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus. Et à facie eius contremuit terra, & cæli moti sunt; Sol & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.

Indignatio Dei. Cælorum concitatio & perturbatio, atque, vt ita interpretetur, desolatio, magnam Dei indignationem significat, ob improborum hominum stultissima consilia & opera, s.s.e. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

Lætitia. Maxima felicitas. Cæli & terræ cantus lætitiam summam significat, s.s.e. Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes licitas. *Isa. 49.13.* laudem, quia consolatus est Dominus populum suum. *Ier. 51.48.* Et laudabunt super Babylonem cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt, quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Dominus.

S O L.

Calamitas. Indignatio. Vtio. SOLIS obtenebratio, obscuratio vel denigratio, maximam miseriam, calamitatem, atque etiam Dei iram, indignationemque aut vltionem etiam prodit, idque perpetuum multis exemplis obseruatur, s.s.e. *Isa. 24.23.* Erubescet Luna, & confundetur Sol cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem. Sol ante tempus occidens, festinam & præmaturam calamitatem significat & portendit, s.s.e. Defecit anima eius, occidit ei Sol, cùm adhuc esset dies, confusa est, & erubuit: eodem modo de Lunæ & stellarum obtenebratione est exponendum.

T E R R A.

Terror. Calamitas. Eze. 38.19. TERRÆ motus terrorem, perturbationem & calamitatem grauissimam ostendit. Quia in die illa erit commotio magna super terram Israel, & cõmouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cæli & bestiæ agri, &c.

Inutilis res. Aerumna. Pressura. Ier. 4.28. Terra tenebrosa, quam interpres vetus serotinam vocat, inutilem rem & abiectione dignam significat, s.s.e. Nunquid solitudo factus sum Israeli aut terra serotina? Terra lugens ærumnam, pressuram & afflictionem ostendit, s.s.e. Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper.

Sic etiam terra exinanita vastatione & desolationem arguit, s.s.e. Usque quo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiâ habitantium in ea?

Terra culta & exercitata pacem & securitatem indicat, s.s.e. Adhuc plantabis vineas in monte Samaria, plantabunt plantantes.

Terra cantus vel laudatio vel iubilatio, lætitiam magnam, publicamque indicat, s.s.e. Laudate cæli & exulta terra, iubilate montes, & laudabunt super Babylonem cæli & terra, & omnia, quæ in eis sunt.

A L T I T U D O.

Conspicuitas. Ester. 7.9. ALTI TU DO maximè conspicua est hominum oculis longiusque prospicitur. Quam ob rem Aman grauissimæ ignominiae causa crucem quinquaginta cubitis altam Mardochæo vehementer inuiso parasse distus est. En lignum quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman habens altitudinis quinquaginta cubitos.

M A N E, D I E S, M E R I D I E S,
V E S P E R.

TEMPORIS aut horarum obseruatio in rebus Manæ agendis, certam etiam significationem indicat, nec à doctrinæ sacræ studiosis negligendam. Namque res Studium, aut actiones summo manæ initæ diligentiam, curam Cura, & animi propensionem studiosam arguunt, s.s.e. Ve- Sopho. 3.7. rùm tamen diluculo surgentes corruerunt omnes cogitationes suas.

In die aliquid fieri, est manifeste & sine occultatione, atque etiam sine ullo metu fieri, s.s.e. Et in Mem- Dies. phis angustiæ quotidiane, Hebraicè legimus, in die. Exer. 30.16

Sic etiam Meridies claram lucem & maximam si Lux magna gnificat, qua videlicet nulla maior secundum natu- ram, contingere potest; vnde magnæ perturbationis & Tob. 5.14. cœcitatæ argumentum est, si quis in meridie lucem desi- Ier. 59.10. deret, s.s.e. Per diem incident in tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Et impeginus Ier. 16.3. meridie quasi in tenebris. &, Pone quasi noctem vmbra tuam in meridie.

Est etiam meridies æstus diurni medium & feruen- Aestus. tissimum tempus, quod tamen spaciū habet in hac ratione obseruatum: namque ante & post meridiem ipsum meridianus æstus est, s.s.e. Indica mihi ô quem can. 1.7. dilit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.

Meridie etiam res acta apertissime, palam, & sine vllis insidiis aut stratagematis acta cognoscitur, s.s.e. Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie. Vesper hominibus & animatibus mitioribus finis diurni laboris, & exercitationis, initiumque quietis & recreationis est: sœuoribus autem feris cursus & præda quærendæ initium affert, s.s.e. Exhibit homo ad opus suum, & ad operationē suam usque ad vesperam. Psal. 103.13. Et lupus ad vesperam vastauit eos. Et conuertentur ad Ier. 15.8. vesperam, & famem patientur ut canes. Est etiam vespertina hora ægrotantibus & vulneratis maximè incommoda, quam ob rem multi eo tempore moriūt, aut etiam noctu, s.s.e. Rex Israel stabat in curru suo, & Matt. 14. mortuus est vesperi. Et mortua est vxor mea vesperi. Psal. 58.7. Exer. 24.18.

N O X.

NOCTV nihil geri potest commodè: est enim nox Calus. ad offendicula, casus & ruinas, & ad furta, adulteria, Offendi- culum. ciusmodique vitiosas & criminosas actiones, quæ Vicia. Crimina. operæ tenebrarum dicuntur, oportuna, s.s.e. Et cor- Of. 4.5. rues hodie, & corruet etiam Propheta tecum nocte. &, Dixi, Forfitan tenebræ conculabunt me, & nox illuminatio mea in delitiis meis.

Ad animorū verò cogitationes, ad cōtemplationes & contem- platio. sacras precationes ac gratiarū actiones priuatè ineun- Preces. das oportunum tempus nox est à diurnis curis mente Meditatio. semota. Ideò frequens in huiusmodi actionibus, no- nitis mentio est. vt In die mandabit Dominus miseri- Psal. 41.9. cordiam suam, & nocte canticum eius. &, Memor fui Psal. 118.15. nocte nominis tui Domine, & custodiui legem tuam.

A Q V A.

A Q V A amara calamitatem significant, & ærum- Acumna. nam maximam, s.s.e. Dominus Deus noster silere Miseric. Int. 8.14. nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis.

Aqua mentientes auxilijs expectati defectum, s.s.e. Frustratio. Et plaga mea desperabilis renuit curari, facta est mihi Int. 8.15. quasi mendacium aquarum infidelium.

Aqua super aridatatem effusæ, exspectatum, optatum, oportunumque auxilium significant, s.s.e. Ef- fundam aquas super sipientem, & fluenta super aridam, atque haec ratio altiore etiam interpretationem requirit.

F L V V I V S.

F L V V I O R V M & montium mutationem, magnam Mutatio. rerum mutationem & renouationem ostendit & signifi- Innovatio. cat, s.s.e. Desertos faciā colles, & omne gramē eorum Ier. 42.1. exsicca-

Abundantia faciam. Fluuius inundans copiam & celeritatem, aliquando etiam impetum vehementissimum significat, s.s.e. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis. Et cum venerit quasi fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit.

Vastatio. Fluminum arefactio vastationem & excisionem refert, s.s.e. Qui dico profundo, Desolare, & flumina tua arefaciam.

MONS.

Mutatio rerum. MONTIVM mutatio, aut aliás alteratio, magnam rerum tutbationem, mutationem siue renouationem ostendit, s.s.e. Desertos faciam montes & colles, & omne gramen eorum exsiccabo, & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. De montibus clamor auditur longius, s.s.e. Quām pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem. & Hæc dicit Dominus, Vox in excelso audita est lamentationis luctus & fletus, Rahel plorantis filios suos.

NVBES.

Divinitas. NVBES inter cælum & terram medium locum sortitæ, mobiles sunt, & variarum in orbe efficientiarū administrae, sunt Dei currus, sunt aquarum grandinis & nebularum, aliarumque rerum receptacula, & velut armaria. Quam ob rem plurima in nubibus acta diuinæ & præsentiae & prouidetiae argumento sunt, s.s.e. Date gloriam Deo super Israel: magnificentia eius & virtus eius in nubibus. Ex hac autem ratione Christus Iesus diuinitatem & potestatem suam doctis in scripturarum lectione hominibus, quamvis malevolis latenter insinuabat. Et videbitis Filium hominis venientem in nubibus cæli. Eadem etiam diuinitas & dignitas Christi, tribus illis testibus est confirmata, in quorum conspectu est facta nubes lucida obumbrans eum, & vox de nube audita est, dicens: Hic est filius meus dilectus. Præterea etiam idem apud omnes undecim probatum est Christo in cælos ascidente, & illis vindictibus nube suscepito.

VENTVS.

Vis magna. VENTVS validus vim magnam, insuperabilem, & undequaque plenam ostendit, s.s.e. In tempore illo dicetur populo huic Ierusalem, Ventus vrens in viis, quæ sunt in deserto, viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgandum spiritus plenus ex his veniet mihi, &c.

IGNIS.

Offensio. IGNEM excitare & scintillas, hac imagine actionis, irritatio & excitatio iræ, atque offensio maxima erga aliquem, indicatur, s.s.e. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis. & In igne furoris mei sufflabo in te.

Celeritas conficiendi. Ignis in spinis celerrima vis est, & citissimam consumptionem efficit, atque idem in translatione significatur, s.s.e. Et exarserunt sicut ignis in spinis.

MARE.

Terror. MARE rugiens & sonans, terrorem incutit audentibus, maximè iis, quibus vel tempestatem vel inundationem minatur, s.s.e. Et sonabit super eum in die illa, sicut sonitus maris: aspiciens in terram, & ecce tenebræ tribulationis.

METALLA.

Felicitas. METALLORVM immutatio in melius, magnæ felicitatis tempora significat, s.s.e. Pro ære adferam aurum; & pro ferro, adferam argentum; & pro lignis, æs; & pro lapidibus, ferrum.

Perseveritas. Argentum, æs, cuprum impura perditos mores similitudine indicant, s.s.e. Omnes principes declinantes, ambulantes, fraudulenter, vt æs & ferrum vniuersi

corrupti sunt: Defecit sufflatorum in igne, consumptum est plumbum, frustra confluit conflator; malitia enim eorum non sunt consumpta.

Ferrei vectes confracti expugnationem absolutam ostendunt, s.s.e. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ huius miliab: portas ærcas conteram, & vectes ferreos confringam.

DE HABITV EORVM, QVÆ
AD REM RUSTICAM
PERTINENT.

*A*GRÌ neglesti & inculti bellum graue & importunum, assiduum, perpetuumque arguunt, s.s.e. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis, quoniam gladius inimici, pauor in circuitu.

SEMINARE, SERERE, PLANTARE.

SATIO secundum flumina fertilitatis & vberatis magnam spem facit, s.s.e. Beati, qui seminatis, super omnes aquas immitentes pedem bouis & asini.

Seminare etiam ex translatione & allegoria, verbum Euangeliæ. Dei docere est, s.s.e. Exiit, qui seminat seminare se- men suum.

Est etiam largiri & benignitate vti operibus bonis exercendis, s.s.e. Qui parcè seminat, parcè & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

Plantare vineam & ædificare, pacis & quietis temporis arguit, s.s.e. Et habitabunt in ea securè, & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter.

ARBOR.

ARBORVM incrementa & augmenta, pacem, securitatem & felicia tempora significant, s.s.e. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrrum & lignum oliuæ: ponam in deserto abietem, vlmum & buxum simul, vt videant & sciant, & recognit & intelligent pariter, quia manus Domini fecit hoc.

Arborum vero sectio exterminationem excisionem- que refert, s.s.e. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

RAMVS.

RAMIS paumentum domus siue solum viarum stratum, diem festū, latum & faustum significat; isque mos ab antiquis usque temporibus institutus perdurat. Hinc illæ magnæ lætitiae, & plausus publici plena Christi regis Ierosolymam ingressi suscepit, ramis arborum in via stratis, celebrata describitur.

Palmarum etiam ramos manibus circumlatos in Victoria, pompa vel supplicatione, victoriæ significationem exhibuisse, antiqua etiam lectione docemur, s.s.e. Et intrauerunt in arcem tertia & vigesima dies secundi mensis, anno centesimo & septuagesimo primo, cum laude & ramis palmarum, & citharis, & cinnyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & cantis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel.

FLOS.

FLORES apparentes, vernum & serenum tempus indicant, s.s.e. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit.

Flores etiam producti felicitatis & prosperitatis magnæ initia similitudine quadam referunt, s.s.e. Iustus ut palma florebit. Et florebunt de ciuitate sicut foenum terræ. Et in atriis domus Dei nostri florebunt. Et floredit & germinabit Israel.

FRUCTVS.

FRUCTUVM amplificatio felicitatem & prospe- ritatem; sic enim Deus, lignum oliuæ in solitudine à se dandum promittit.

Libera vero & exacta fructuum collectio, pacem & securitatem. vt, Ecce ego habito in Masphat, vt re- spondeam

spondeam præcepto Chaldaeorum, qui mittunt ad nos.
Vos autem colligite vindemiam, & messem, & oleum,
& condite in vasis vestris.

Vastatio.
Penuria.

Ier. 8. 13.

Fructuum negatio & desiderium, vastationem, sterilitatem & penuriam commodorum omnium refert, s. s. e. Congregans congregabo eos, ait Dominus: non est vua in vitibus, & non sunt fucus in fuculnea: folium defluxit, & dedi iis, quæ prætergressa sunt.

Imbecilli-
tas.

Isa. 41. 3.

ARVNDO.

ARVNDO quassata debilitatis & imbecillitatis speciem refert, s. s. e. Calatum quassatum non confringet, & linum fumigans non extinguet.

Acrumna.

Ier. 11. 13.

SPINÆ.

SPINÆ pro tritico, calamitatem, infelicitatem & ærumnam maximam arguunt, s. s. f. Seminauerunt triticum, & spinas mesauerunt, hæreditatem acceptarunt, & non eis proderit. Confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini.

Celeritas.

Vehementia

Psal. 117.

Iz.

In spinis ignis celerissimus est, atque eiusmodi affectio vehementiam & celeritatem magnam significat, s. s. e. Exarserunt sicut ignis in spinis.

Religio.

Ier. 1. 20.

Psal. 79. 9.

VINEA.

VINEA plantatio religionis & reipublicam à Deo institutam allegoricōs indicat, s. s. e. Ego autem plantavi te vineam electam, omne semen verum. &, Vineam de Ægypto transtulisti, eieciisti gentes, & plantasti eam.

Stipula.

Ier. 13. 24.

STIPVLA.

STIPVLA ante ventum, impetum vehementem refert, quo quis à maxima aliqua virtute impellitur, s. s. e. Et disseminabo eos quasi stipulam quæ vento rapatur in deserto.

Fructus.

optimus.

Ier. 60. 16.

LAC.

LAC sugere, optimis rebus frui significat. Est enim lac ex tenuissimo corporis succo confectum, quod animantes pascere, alereque potest optimè. Cuius rei similitudine scriptum est, Et suges lac gentium & mamilla regum lactaberis.

Consulere
rebus suis

Ezer. 31. 6.

NIDVS.

NIDVM construere, avium est soboli prospiciendum. Atque ex translatione vitæ & rebus familiaribus ac publicis, ex cogitatione posteritatis consulere est, s. s. e. Cumque extendisset umbram in ramis eius, fecerunt umbram omnia volatilia cæli.

Vastatio.

Isa. 33. 8.

Ier. 6. 25.

Lætitia.

Audentus

celebris.

Isa. 62. 10.

Suauitas

vite.

Isa. 49. 11.

VIA.

VIA infrequentes vel dissipatae, & corruptæ, loci vastationem & desolationem, aut ingens bellum arguunt, s. s. e. Dissipatae sunt viæ, cessavit transiens per semitam. Et nolite exire in agros, & in via ne ambuleatis, quoniam gladius inimici paucor in circuitu.

Metus.

Suspicio.

Securitas.

Isa. 60. 11.

VIA strata solemnem & celebrem aduentum indicant, atque lati temporis indicium sunt, s. s. e. Transite, transite per portas, præparate viam populo.

VIA planæ suauem & iucundum vitæ usum difficultatibus carentem ostendunt & parant: ut contrà viæ asperæ duram vitæ conditionem, difficilesque actiones significant, s. s. e. Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur.

PORTA.

VRBIS portæ clausæ suspicionem metumque ab hoste indicant: contrà verò portæ semper patentes, magna securitatis argumentum sunt, s. s. e. Aperiuntur por-

tæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur.

Præterea portarum perpetua clausura & obseratio, desolatio loci vastationem & solitudinem ostendit, s. s. e. Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat.

MVRVS.

MVRIS effusio aut pertusio migrationem & fugam indicat, qualis bello victorum aut captiuorum est, s. s. e. Ante oculos eorum perfode tibi parietem, & egredieris per eum, in humeris portaberis.

HABITVS ANIMANTIVM ERGA TERRAM.

TERRAM lingere, humillimæ atque infimæ conditionis, & fracti animi ac seruitutis extremæ est, s. s. e. Et erunt reges nutriti tui & reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demissò adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et coram illo procident Æthiopes, & itimici eius terram lингent.

In terram projicere, diruere & vastare maxima ruina edita interpretamur, s. s. e. Projecit Dominus in terram inclytam Israel: & non est recordatus scabelli misericordia tuorum, in die furoris sui. Et excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem, solue vincula colli tui captiva filia Sion.

In terram inferiorem, siue, ut noster interpres vertit, in lacum descendere, est vitam simul cum splendore & honore amittere, s. s. e. Fili hominis cane lugubre super multitudinem Ægypti, & detrahe eam ipsam & filias gentium robustarum ad terram ultimam, cum iis, qui descendunt in lacum.

PVLVIS, ET QVÆ CIRCA PVLVEREM AGVNTVR.

IN puluerem dare os, est seipsum demittere, & frumentum animo humillimum præbere, s. s. e. Ponet in puluere os suum, si forte sit spes.

In puluere esse aut iacere, calamitosam & ærumnafam vitæ conditionem significat: Quoniam humiliata est in terra anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster.

Puluerem in capita coniucere, mœrentium & lugentium est: puluerem in cælum iactare, dolentium & indignè ferentium, s. s. e. Et miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes & lugentes. Et vociferantibus eis, & projectantibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aërem.

Puluerem è pedibus excutere, gestus est eorum, qui communionem cum aliis detestantur, & societatem omnem sibi recisam indicant, s. s. e. In quamcumq. autē ciuitatem intraveritis, & non suscepereint vos, exeunte in plateas eius dicite: Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergerimus in vos. &, Paulus & Barnabas excusso puluere pedum suorum in Iudeos Antiochenos venerunt Iconium.

HABITVS ERGA ALIVM.

AMPLEXVS aut amoris & mutuæ charitatis signum est, si modò recte ineat, s. s. e. Lætia eius sub capite meo, & dexteræ illius amplexabitur me. Et currens Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum.

Aut etiam gratiam acceptationemque indicat, s. s. e. Et complexans eos, & imponens manus super eos, benedicebat eis.

FINS.

INDEX CAPITVM IN HOC LIBRO EXPOSITORVM.

<i>A.</i>	<i>D.</i>	<i>Labi.</i>	<i>Quarere.</i>	<i>R.</i>
<i>Aliscondere, Abscondi, latere.</i> 22.2.	<i>Dentes.</i>	9.2. <i>Labi.</i>	17.1. <i>Quarere.</i>	22.2.
<i>Aetio.</i> 22.1.	<i>Dextra.</i>	17.1. <i>Lac.</i>	22.1. <i>Laborare.</i>	<i>Ramus.</i>
<i>Ae disicare.</i> 23.1.	<i>Digitus.</i>	17.1. <i>Lachryme.</i>	26.1. <i>Ramus.</i>	25.2.
<i>Affectus corporis & animi.</i> 18.1.	<i>Delere.</i>	22.1. <i>Laudare, Laus, beatificatio.</i>	8.2. <i>Raucedo.</i>	17.2.
<i>Altitudo.</i> 24.1.	<i>Dormire.</i>	17.1. <i>Letitia, exultatio.</i>	12.2. <i>Relinquere.</i>	23.1.
<i>Animantium habitus.</i> 23.2.	<i>Dorsum.</i>	17.2. <i>Ligare.</i>	<i>Ibidem.</i> <i>Respicere.</i>	10.1.
<i>Aqua.</i> 24.2.	<i>Draco.</i>	23.2. <i>Lingua.</i>	22.1. <i>Ridere.</i>	17.2.
<i>Arbor.</i> 25.2.	<i>Ducere.</i>	23.1. <i>Lugere.</i>	9.2. <i>Saccus.</i>	19.1.
<i>Arundo.</i> 26.1.		<i>Lumbi.</i>	17.2. <i>Sacerdos.</i>	23.1.
<i>Ascendere.</i>	<i>E.</i>		<i>Ibidem.</i> <i>Sanguis.</i>	15.1.
<i>Afinis.</i> 23.2.	<i>Effundere vel diffundere.</i>	22.2. <i>M.</i>	<i>Scribere.</i>	23.1.
<i>Avis.</i> 23.2.	<i>Equo sedere.</i>	10.1. <i>Manus.</i>	25.1. <i>Sceptrum.</i>	20.2.
<i>Auris.</i> 8.1.	<i>Esurire.</i>	18.1. <i>Mare.</i>	22.1. <i>Sedere.</i>	15.2.
<i>B.</i>	<i>F.</i>	<i>Metalla.</i>	<i>Ibidem.</i> <i>Seminare, Serere, Plantare.</i>	25.2.
<i>Barba.</i> 9.2.	<i>Facies tota.</i>	10.1. <i>Molare.</i>	25.1. <i>Senes.</i>	18.2.
<i>Bos.</i> 23.2.	<i>Femur.</i>	18.1. <i>Mons.</i>	22.1. <i>Sibilare.</i>	17.2.
<i>Brachia.</i> 11.1.	<i>Fera.</i>	23.2. <i>Mors.</i>	10.2. <i>Silere.</i>	<i>Ibidem.</i>
<i>C.</i>	<i>Ferire.</i>	22.2. <i>Motus.</i>	26.2. <i>Sinistra.</i>	17.1.
<i>Cadere.</i> 17.1.	<i>Flere, Fletus, Planctus.</i>	12.1. <i>Murus.</i>	<i>Sitire.</i>	18.1.
<i>Canis.</i> 23.2.	<i>Flos.</i>	25.2.		24.1.
<i>Cantus, Canere.</i> 12.2.	<i>Fluuius.</i>	24.2. <i>Nares.</i>	26.1. <i>Spina.</i>	26.1.
<i>Capillus.</i> 8.1.	<i>Fremitus.</i>	12.1. <i>Nidus.</i>	24.2. <i>Stare.</i>	15.2.
<i>Captiui.</i> 23.1.	<i>Frons.</i>	7.2. <i>Nox.</i>	25.2. <i>Stipula.</i>	26.1.
<i>Caput.</i> 7.1.	<i>Fructus.</i>	25.2. <i>Nubes.</i>	19.2. <i>Sudare.</i>	18.1.
<i>Caro.</i> 18.2.	<i>Gemitus.</i>	12.1. <i>Nuditas.</i>		
<i>Celum.</i> 23.2.	<i>Genu flexio.</i>	12.1. <i>O.</i>	<i>T.</i>	
<i>Ceruix.</i> 7.2.	<i>Genua.</i>	15.2. <i>Obstupescere.</i>	18.1. <i>Tenere sive apprehendere.</i>	22.2.
<i>Clamor.</i> 12.1.	<i>Gladius.</i>	18.1. <i>Oculi.</i>	8.1. <i>Tentorium.</i>	12.1.
<i>Collum.</i> 11.1.		20.2. <i>Os.</i>	9.1. <i>Tergum.</i>	17.1.
<i>Color.</i> 18.2.	<i>Habitus animalium erga terram.</i> 26.2	12.2. <i>Osculum.</i>	9.2. <i>Terra.</i>	24.1.
<i>Coluber.</i> 23.2.	<i>Habitus erga alium.</i>	Offa.	18.2. <i>Tremor.</i>	18.1.
<i>Conculcare.</i> 22.2.	<i>Horreare.</i>	18.2. <i>P.</i>	<i>Tuba.</i>	12.1.
<i>Conditionum habitus.</i> 23.1.	<i>Humerus.</i>	11.1. <i>Parturire.</i>	<i>V.</i>	
<i>Cor.</i> 18.2.		18.2. <i>Pectus.</i>	18.2. <i>Ventus.</i>	25.1.
<i>Cornu.</i> 8.1.	<i>Facere.</i>	15.1. <i>Pedes.</i>	11.2. <i>Vesper.</i>	24.2.
<i>Cornu sonare.</i> 22.1.	<i>Ignis.</i>	25.1. <i>Pellis.</i>	18.1. <i>Vestis.</i>	19.2.
<i>Corona.</i> 20.2.	<i>Inclinare.</i>	15.2. <i>Porta.</i>	18.2. <i>Vestitus.</i>	18.2.
<i>Crura.</i> 17.1.	<i>Insufflare.</i>	22.2. <i>Precordia, Viscera.</i>	26.1. <i>Vexillum vel signum.</i>	20.2.
<i>Cruix.</i> 12.1.	<i>Involvere.</i>	22.1. <i>Pudescere.</i>	18.2. <i>Via.</i>	26.1.
<i>Cubitus.</i> 11.2.	<i>Iuuentus.</i>	23.1. <i>Pueri.</i>	18.2. <i>Vinea.</i>	<i>Ibidem.</i>
<i>Currere.</i> 10.2.		Ibidem.	20.2. <i>Vnctio.</i>	20.2.
<i>Curatio & sanatio.</i> 22.2.	<i>Labia.</i>	9.2. <i>Puluis & que circa puluerem aguntur.</i>	17.1. <i>Vox.</i>	17.1.
		26.2. <i>Vultus.</i>	10.2. <i>Vultus.</i>	

INDEX ALTER SIGNIFICATIONVM IN HOC LIBRO EXPLICATARVM.

<i>A.</i>	<i>B.</i>	<i>C.</i>	<i>D.</i>
Abalienatio. 10.1.	Attentio. 8.1. & 8.2. & 11.2.	Clamor intentus & vehemens. 17.2.	Corripere. 8.1.
Abductio. 23.1.	& 17.1.	Coactio. 21.1.	Corruptio. 25.1.
Abnuere. 8.2.	Attentionis paratio. 8.2.	Cogitatio. 11.2.	Crimina. 24.2.
Abscondio. 22.1.	Attentio maxima & expectatio. 8.2.	Cognitio. 18.2.	Cultus. 12.1. & 20.2.
Abundantia. 26.1.	Auctoritas. 12.2. & 10.1.	Communicatio. 17.1.	Cura. 16.1. & 16.2. & 17.1.
Acutum iudicium & purum. 8.2.	Audacia. 18.2.	Commendatio. 21.2.	& 24.2.
Admiratio. 7.2. & 11.2.	Auditio. 15.2.	Comprobatio. 23.1.	Custodia. 22.1.
Adoratio. 10.1. & 15.1. & 18.1. & 18.2.	Auditio longior. 21.1.	Conditio miserrima. 26.2.	
Aduentus celebris. 26.1.	Auditores. 16.1.	Conditio misera. 8.1.	Dammatio. 7.1.
Affectus in oratione. 9.1.	Auersatio. 8.1.	Conditio suprema & postrema. 19.1.	Debilitas. 18.1.
Affectio animi & corporis morbus. 8.2.	Auxilium. 12.1. & 17.1.	Conscientia oppressio. 10.1. & 18.2.	Declinatio. 16.2.
Affectus grauissimus. 22.1.	Belli indicium. 17.2.	Conscientia bona. 10.1.	Deditio. 12.1. & 17.1.
Affectus animi. 18.2.	Bellicus clamor. 17.1.	Confesternatio. 7.1.	Deductio. 12.1.
Affirmatio. 23.1.	Belli indicatio. 22.1.	Consolatio. 16.2.	Defectus. 18.1.
Alacritas. 12.1.	Bellum. 25.2.	Consilium. 15.2.	Deiectio. 22.2. & 26.2.
Afflictio. 19.2. & 18.2.	Bellum in vrbe. 17.1.	Confuetudo. 9.2. & 10.2. & 11.2. & 20.1.	Deliberatum periculum. 21.1.
Amor. 9.2. & 11.1. & 15.1.	Bellum deliberatum. 21.1.	Constantia. 18.2.	Delitie. 19.1. & 19.2.
Amoris auxilium. 12.2.	Calamitas. 12.1. & 12.2. & 14.1. & 19.2.	Contulere rebus suis. 26.1.	Demissio. 26.2.
Angustia. 18.2.	Capi. 23.1.	Confidititas. 24.1.	Deprecatio. 9.2. & 15.1. & 18.1. & 19.1.
Animatio. 12.1. & 22.2.	Captiuitas. 19.2.	Contemptio. 17.2.	Desiderium. 9.2. & 17.2. & 18.1. & 19.2. & 21.1. & 21.2.
Animi demissio. 22.1.	Casus. 24.2.	Contemptus. 10.2. & 17.2.	Desideratio. 22.2.
Animi sedatio. 16.1.	Celeritas. 23.2. & 25.1. & 26.1.	Contentio. 24.2.	Desidia. 12.2.
Annuere. 20.2.	Celeritas conficiendi. 25.1.	Contumacia. 15.2.	Desolatio. 15.1. & 26.2.
Anxietas. 9.1. & 18.1. & 7.2.	Ceremonia. 9.1.	Contumelia. 7.2.	Despectio. 10.2.
Arcanum. 8.1. & 9.1.	Cessio. 17.2.	Contumelia grauis. 22.2.	Destestatio. 9.2. & 10.1. & 10.2.
Ariditas. 23.2.	Charitas. 9.2. & 11.1.	Conuentus. 12.2.	Detractio. 9.1.
Arrogantia. 11.1. & 15.1.	Cinis. 7.1.	Conuiuium. 15.2.	Detracatio. 9.2.
Aseueratio. 12.1.		Connocatio. 17.2. & 20.2. & 21.1.	Detrectatio imperij. 11.1.
			<i>Dignitas</i>

Dignitas.	10.2. & 16.1. & 20.2.	Ignominiosus exitus.	26.2.	Mōnere.	8.1.	Res inopinata & magna.	18.1.
Dies.	24.2.	Imbecillitas.	15.1. & 26.1.	Munerū oblatio.	12.1.	Res chara.	23.1.
Diffamatio.	22.1.	Immoratio.	11.2.	Mutatio rerū.	25.1.	Restitutio.	22.2. (18.1.
Difficulitas.	18.1. & 18.2. & 22.1.	Impatientia.	9.2.	Mutatio.	24.2.	Reuerentia.	10.1. & 15.2. & 16.1.
Diligentia.	16.2. & 23.1.	Impedimentum.	22.1. & 18.2.	Negatio.	10.1.	Renocatio.	17.1.
Direptio.	11.2.	Impersuasibilitas.	8.1.	Neglectus.	12.1. & 22.2.	Robur.	11.2. & 17.2. & 18.1.
Disciplina.	23.1.	Impotentia animi.	9.2.	Negligentia.	12.1. & 17.2. &	S.	
Discrimen.	18.2.	Improbis.	23.2.	17.1. & 19.2.	Sacerdotalis dignitas.	20.1.	
Dissimulare.	8.2.	Impudentia.	7.2. & 15.1. & 18.2.	Nequitia.	8.2.	Sacrificantes.	12.2.
Dissuetudo.	20.1.	Impuritas.	18.1. & 19.1.	Noua & subita letitia.	8.2.	Salutatio.	9.2.
Diuitias.	25.1.	Inconstantia.	18.2.	O.		Sanitas.	19.2.
Diuitiae.	19.1.	Indicatio.	12.1.	Obedientia.	7.2. & 11.1. & 18.2.	Sanitas mentis.	20.1.
Docens.	16.1.	Indignatio.	8.1. & 9.2. & 15.2.	Oblatio.	12.1.	Secretum.	9.1.
Doctrina.	23.1.	& 18.2. & 20.1. & 24.1. &		Oblitio.	17.2.	Securitas.	15.2. & 17.1. & 21.1.
Dolor.	8.1. & 10.2. & 17.1. &	Indignatio Dei.	24.1.	Obsequium.	Ibidem.	23.1. & 23.1. & 24.1. & 25.1.	
	17.2. & 18.1. & 18.2. & 19.1.	Infirmitudo.	17.2. & 18.1.	Observatio maximā.	20.1.	Sepositio.	22.2.
Dolor vehementis.	12.2. & 17.2.	Ingenuitas.	7.2. & 11.1.	Occidi.	17.1.	Seruitus.	7.1. & 11.1. & 15.2.
Dolor vehementissimus.	8.2.	Inimicitia.	9.1.	Offendiculū.	24.2.	17.2. & 18.2. & 19.1. & 26.2.	
Dolor grauissimus animi.	12.2.	Innocentia.	12.1. & 19.2.	Offensio.	25.1.	Silentium.	9.2. & 17.1.
Dolor animi impatientia.	20.1.	Inopia.	19.2.	Onus.	11.1.	Silere.	17.2.
Domatio.	9.1.	Innuatio.	24.2.	Opera.	17.1.	Societas.	12.1. & 17.1.
E.		Inquietudo.	9.1.	Opitulatio.	12.1.	Solicitude.	16.2.
Ebrietas.	20.2.	Insania.	19.2. & 22.1.	Oppressio.	18.2. & 21.1. & 22.1.	Solitudo.	7idem.
Efficacitas.	12.2.	Insidie.	22.2.	Opulentia.	19.2.	Speculator.	23.2. Spes.
Egestas.	19.1.	Insolentia.	11.1. Insania.	Oratio.	8.2. & 12.1. & 12.2. &	Spoliatio.	22.1.
Aegritudo.	10.2.	Insultatio.	7.2. & 9.1. & 9.2. &	15.2. & 18.1.	Strages.	15.1.	
Eloquatio.	9.1.	Irritatio.	25.1.	Oratio vehemens & affectuosa.	15.2.	Strenuitas.	11.2. & 17.2.
Erubescencia.	11.2.	Irritum consilium vel votum.	18.2.	Otium.	12.1.	Studium.	10.1. & 12.1. & 15.2.
Aerumna.	24.1. & 24.2.	Intentio.	8.2. & 10.1. & 10.2.	P.		& 16.2. 17.1. & 20.1. & 24.2.	
Aestus.	24.2.	& 12.2. & 17.1.		Pacificatio.	11.2.	Stulte agere.	8.2.
Euangelizare.	25.2.	Interfectio.	21.1.	Pactio.	12.2.	Stultitia.	17.1.
Examen.	17.1.	Inuidia.	18.2.	Patientia.	17.2. & 18.2.	Subiectio.	15.1. & 18.1.
Excommunicatio.	26.2.	Inuidentia.	9.1. & 9.2.	Pauor.	12.2.	Subleuatio.	17.1.
Exercitatio feritatis.	24.2.	Inuitus.	21.1.	Paupertas.	19.1. & 20.2.	Superbia.	7.1. & 8.1. & 10.1.
Exhortatio.	12.1. & 17.1. & 17.2.	Inutilis res.	24.1. (& 18.1.	Pax.	16.1. & 24.1. & 25.2.	Supplicatio.	15.1. & 16.1. & 17.1.
Expeditio.	20.1. & 20.2.	Irriso.	7.2. & 9.1. & 9.2. & 17.2.	Peccata.	22.1.	18.1. & 18.2. & 19.1. & 21.2.	
Explosio.	12.1.	Irritatio.	25.1.	Pœnitentia.	15.1. & 18.2. & 19.1.	Sanitas vita.	26.1.
Expugnatio.	25.2.	Irritum consilium vel votum.	18.2.	Pœnitentia sera.	21.1. & 16.1.	Susceptio.	12.2.
Exterminatio.	Ibidem.	Iter longum.	18.1.	Pœnitudo.	17.1.	Suspicio.	18.2. & 26.1.
F.		Iucundum tempus.	25.2.	Penuria.	26.1.	T.	
Fallere.	22.2.	Iufiurandum.	13.2. & 12.1.	Percusso.	11.2.	Tacere.	17.2.
Familiaritas.	10.2.	L.	(18.1.	Periculum.	17.1.	Temeritas.	18.1.
Fasidire.	8.2.	Labor.	7.1. & 10.2. & 11.1. &	Pertinacia.	18.2.	Terror.	20.2. & 23.2. & 24.1.
Fatigatio.	18.1.	Lamentatio.	11.2. & 17.2.	Perturbatio.	8.1. & 18.1. & 18.2.	& 25.1. (18.2. & 23.2.	
Fœdus.	12.1.	Languor.	12.2. & 16.1. & 17.2.	& 22.1. & 23.2.	Timor.	8.1. & 10.2. & 12.2. &	
Felicitas.	18.2. & 21.2. & 23.1.	Laſtudo.	15.1. Laudatio.	Persona.	20.1. Petitiō.	Titubatio.	18.1.
	& 25.1. & 25.2.	Lenitas.	9.1.	Peruerſitas.	25.1.	Tolerantia.	17.2.
Fertilitas.	23.2. & 25.2.	Latitia.	7.1. & 9.1. & 21.2.	Pigritia.	12.2.	Tranquillitas.	16.1.
Festum.	25.2.	& 24.1. & 25.2. & 26.1.		Plausus.	12.2. & 20.1.	Trāquillitas tōgena vita.	18.2. 23.1.
Fidei iuffio.	12.2.	Latitia publica.	17.1. & 24.1.	Porrectio.	17.1.	Tremor.	10.1.
Fortitudo.	11.1.	Libertas.	11.1.	Postulatio.	15.1. & 16.2.	Trifitiae expulſio.	21.2.
Fructus optimus.	26.1.	Luſtus.	7.1. & 9.2. & 10.1. &	Potentia.	11.1. & 17.1.	Triumphus.	11.1.
Fruſtratio.	24.2.	11.2. & 26.2.		Potestas.	12.2.	Tumultus.	20.1.
Fuga.	17.1. & 17.2. & 26.2.	Luſtus miserabilis.	8.2.	Preces.	24.2. Prædicatio.	Turbatio.	10.2.
Fuga præcepſ.	20.1.	Lux magna.	24.2.	Pressa.	24.1.	Turbatio Reipublice.	23.1.
Fuga impotens.	19.2.	M.		Probatio.	17.1.	V.	(& 26.2.
G.		Magnitudo animi.	18.2.	Producſio.	17.1.	Vastatio.	23.2. & 24.1. & 25.1.
Gaudium.	17.2.	Maieſtas.	19.1.	Prompitudo.	11.2. & 17.2.	Vehementia.	26.1.
Gloria.	19.1. & 20.2.	Malitia.	8.2. & 17.1.	Proſperitas.	25.2.	Venia.	22.2. Ver.
Gratia.	10.1. & 26.2.	Mane.	24.2.	Proſtitutio.	20.2.	Verba facere.	15.2.
Gratia diuina.	21.2.	Manifestatio.	8.2.	Prouidentia.	10.1.	Verecundia.	10.1. & 17.2.
Gratiarum actio.	9.1. & 15.1.	Maxima felicitas.	24.1.	Publica pœnitentia.	19.1.	Via ad Iſraelis regionem.	26.1.
Gratitudo.	10.1.	Medicamentum.	20.2.	Pudificatio.	10.2.	Vices.	16.1.
Gratulatio.	12.1. & 17.1. & 21.2.	Meditatio.	8.2. & 24.2.	Pudor.	7.1. & 7.2. & 10.1. & 10.2.	Victoria.	8.1. & 15.1. & 17.1.
Grauiſ conditio..	17.2.	Memoria.	11.2.	Probatio.	17.1.	& 20.2. & 26.2.	
H.		Mœror.	10.2. & 16.1.	Producſio.	17.1.	Vigilantia.	8.2. & 20.1.
Homicidium impunitum.	15.1.	Mœritia.	15.1.	Prompitudo.	11.2. & 17.2.	Vinci.	17.1. & 23.1.
Honor.	15.2. & 16.1.	& 18.2. & 19.1. & 21.1.		Proſperitas.	25.2.	Virtutis communicatio.	22.2.
Horridus cultus.	18.1.	Mœſtitudo.	19.2. (18.1. 26.1.	Proſtitutio.	20.2.	Vis.	11.2. & 17.2.
Hostes.	23.2.	Metus.	15.1. & 16.2. & 17.2. &	Prouidentia.	10.1.	Vis magna.	25.1.
Hoſilius cruentus.	Ibidem.	Migratio.	17.2. & 23.1. & 26.2.	Publicitas.	10.2.	Vita longa.	20.2.
Humiliatio.	7.1. & 22.2.	Minifterium.	15.2.	Puditatio.	9.2.	Vitatio.	16.2. & 23.2.
Hypocrisſ.	10.2.	Miferia.	7.1. & 10.2. & 12.2. &	Pudor.	7.1. & 7.2. & 10.1. & 10.2.	Vitia.	24.2.
I.		17.1. & 18.2. & 19.2. & 21.1.		Redargutio.	18.2.	Vltio.	18.2. & 20.2. & 24.1.
Factatio.	9.2.	& 24.2. & 26.2.		Regia dignitas.	20.2.	Vocatio.	11.2.
Iaculatio.	11.2.	Mifericordia.	17.1. & 18.2.	Respublika & religionis euerſio.	19.2.	Voluptas.	20.2.
Ieiunium.	7.1.	Modeſtia.	8.2. & 16.2.	Religio.	26.1.	Voluntas.	12.1.
Ignorantia crassa.	8.2.	Moleſtia.	22.1.	Remiſſio.	12.1. & 22.2.	Voluntas & ſtudium.	8.2.
Ignominia.	20.1.	Ignoratio.	Ibid.	Renuere.	12.1.	Vulnera.	20.1.

Liber inscriptus Ieremias sine de Actione, à doctissimo D. Doctore Benedicto Aria Montano conscriptus, nihil continet quod bonos mores, aut sanam doctrinam offendat: sed utilis, & multorum manibus ferendus erit. Ita attestor Reinerus Brakel S. Theolog. Licentiatus, Cathedralis Ecclesiae D. Mariæ virginis Antwerpiae Canonicus, & inter Censores librorum Ecclesiastica, & Regia auctoritate Antwerpiae constitutos infimus.

